In nomine Domini. Ego Ailo, femina deodicata, et filiis meis his nominibus, id est Durandus presbiter et Sesemundus levita, quem alio nomine vocant Domnucio, nos simul in unum, donatores sumus domum Sancte Eulalie sedis Elenensis, matrem omnium ecclesiarum Russilionensium sive Confluentium, seu et Riculfo, episcopo ibidem Domino servientem, successoribusque eius ibidem Domino misericordiam deprecantes.

Donamus nos predicti Ailo, femina deodicata, et Durandus presbiter et Sesemundus levita, quem alium nomen vocant Domnucio, predictae ecclesiae Sancte Eulalie sedis Elenensis, omnem alodem nostrum quod nos habemus in comitatu Russilionense, in Valle Asperi, in appenditione de Serra Sancti Petri, in locum quem vocant Sancto Felice vel infra eius fines et termines, id est in domibus, casas, casalibus, curtis, curtalibus, ortis, ortalibus, terris et vineis, silvis, garricis, aquis aquarum, molendinis et molinaribus, cum illorum caputaquis decurentis superioribus et subterioribus, et linaribus factis et faciendis, arboris, arboribus pomiferis vel impomiferis, omnia et in omnibus, quantum quod nos ibidem mereamur habere. Qui nobis advenit tam ex parentorum quam ex comparatione et excomutatione, sive et donatione seu ex aprisione, sive et ex qualicumque aquisitione, tam quisitum tam ad inquirendum, tam rusticum quam urbanum, seu glatis, omnia et in omnibus.

Quantum quod nos ibidem mereamur habere, sic donamus nos predicti Ailo, femina deodicata, et Durandus presbiter et Sesemundus levita, quem vocant Domnucio, predicta ecclesia Sancte Eulalie sedis Elenensis, seu et Riculfo, episcopo ibidem Domino serviente, successoresque eius ibidem Domino misericordiam deprecantes, ab omnem integritatem, cum exia et regressia earum et cum illorum affrontationes, cum omni termina et limita eorum, tam cultum quam incultum, omnia et in omnibus, pro amore Dei et propter redemptionem anime mee et anime parentorum meorum; et [pro]¹ ipsa parrochia quam vocant Trasserra vel pro ipsa ecclesia qui ibidem est fundata in honore Sancti Saturnini, martiris Christi, vel pro ipsas primicias et decimas sive et oblationes qui ibidem sunt Domino dandas. Et nullum censum exire faciant de ipsa ecclesia per nullumquemque annum nisi ipsa tertia pars que ad ipsum archidiachonum pertinet de ipsos sinodos. In tali vero deliberatione ut dum vixerimus ista omnia superius inserta teneamus et possideamus et fructificare faciamus cunctis diebus vite nostre et per unumquemque annum de ipsium alode superius insertum persolvere faciamus domum Sancte Eulalie sive Riculfo episcopo vel successores suos ibidem Domino servientes, modios X de vino.

Quem vero hec omnia superius inserta de meo iure in vestro tradito potestate sicut superius insertum est. Quod si nos donatores aut ullus homo qui contra ista scriptura donationis venerit ad irrumpendum, quantum ad eo tempore hec omnia superius inserta melioratum fuerit, in duplo vobis componere faciat. Et inantea ista donatio firma permaneat omnique tempore.

Facta donatione ista sub die XVII^o kalendas aprilis, anno V regnante Leutario rege, filio Ludovici.

Sig+num Ailo, femina deodicata, qui ista donatione feci et firmare rogavi. Sig+num Durandus presbiter, qui ista donatione feci et firmare rogavi. Sesemundus levita, que alium nomen vocant Domnucio, qui ista donatione fecit et firmare rogavit. Sig+num Wisadus archipresbiter. Sig+num

Oliba levita. + Wadaldus levita. Sig+num Radefredus levita. Sig+num Seniofredus levita. Sig+num Sendedus subdiachonus. Sig+num Wisadus subdiachonus. Sig+num Volveradus levita. Sig+num Widisclus presbiter. Sig+num Iuvinus levita. Sig+num Signefredus presbiter.

Stephanus presbiter, qui ista donatione scripsit et subscripsit die et anno quod supra.

1. *Manca*.

392

18 MARÇ 959

PERE VEN A SUNIFRED, COMTE DE Cerdanya i Besalú, l'ALOU DE PI AMB LA SEVA ESSLÉSIA, SITUAT EN EL SUBURBI D'ELNA, A LA VALL DEL CONFLENT, A LA VILLA PI.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia vista per Monsalvatje a Girona, Arxiu de la Delegació d'Hisenda, «Prueba presentada por el monasterio de Camprodón en un pleito sobre la jurisdicción de la villa de Pi, fol. 674».

RE: MONSALVATJE, *Colección diplomática*, tom I, núm. CXXII, pàg. 193.

El regest de Monsalvatje diu així: «Venta hecha por Pedro á Seniofredo, conde de Cerdaña y de Besalú, del alodio de Pi junto con su iglesia, situado *in suburbio Elenense, in valle Confluente, in villa de Pinu*, con fecha *XV kalendas aprilis, anno V regnante Lothario, Ludovici filio*».

393

28 MARÇ 959

GUIFRÉ, BARÓ RELIGIÓS I TEMORÓS DE DÉU, DÓNA A L'ESGLÉSIA DE SANTA EULÀLIA D'ELNA, MARE DE TOTES LES ESSLÉSIES DEL ROSSELLÓ I DEL CONFLENT, I AL BISBE RICULF, L'ALOU QUE TÉ EN EL COMTAT DE ROSSELLÓ, A LA VILLA BAGES. A CANVI, REP L'USDEFUIT DE LA PARRÒQUIA DE BRULLÀ AMB LES ESSLÉSIES DE SANT JOAN I SANTA MARIA I ELS IMPOSTOS QUE PERCEBEN.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia de 1140-1147 en el Cartoral d'Elna, f. 97, perdut. — B. Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: París, BN, Col. Moreau, vol. 9, ff. 71-72, ex A. — C.* Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 25, *Recueil*, tom II, núm. 70, ex A.

RE: MONSALVATJE, *El obispado de Elna*, tom I, pàg. 137 (amb data de 27 març). — LACVIVIER, *Le cartulaire*, núm. 70, pàg. 326.

In nomine Domini. Ego Wifredus, vir religiosus adque timoratus Deo, donator sum domum Sancte Eulalie sedis Elenensis, matrem omnium ecclesiarum Russilionensium sive Confluentium, seu et Riculfo, gratia Dei episcopo ibidem Domino misericordiam deprecantes. Dono ego, predictus Wifredus, praedicta ecclesia Sancte Eulalia sedis Elenensis omnem alodem meum quem ego habeo in comitatu Russilionense, in villa Baias vel infra eius fines et termines, id est in domibus, curtis, ortis, ortalibus, terris et vineis, pratis, pascuis et stagnis seu glatis, cultum vel incultum, omnia et in omnibus.

Quantum quod ego ibidem mereor habere, tam quisitum quam ad inquirendum, omnia et in omnibus, sic dono adque cedo domum Sancte Eulalie sedis Elenensis seu et Riculpho, ibidem Domino servientem, successoresque eius ibidem Domino misericordiam deprecantes, ab omnem integritatem, cum exia et regressia earum et cum illorum affrontationes; id est ipsam quartam partem de ipsa villa, cum suis territoriis et sui terminibus qui michi advenit tam ex parentorum quam ex comparatione vel excomutatione vel ex qualicumque acquisitione, pro amore Dei et propter remedium anime mee vel parentorum meorum vel pro ipsa parrochia que vocant villa Bruliano vel pro ipsas ecclesias qui in ipsa villa sunt fundatas, id est Sancti Iohannis et Sancte Marie virginis, vel pro ipsas primitias et ipsas decimas et ipsas oblationes qui sunt dandas et tibi, Riculfo episcopo, et successoribus tuis sunt concessas. In tale vero deliberatione ut dum ego Wifredus vivo, teneam et possideam et exfructare faciam ipsa parrochia et ipsas ecclesias et ipsas primitias et ipsas decimas et ipsas oblationes et ipsum alodem iam superius insertum cunctis diebus vite mee. Et tu, Riculfus episcopus, et successores tui tenere facias ipsam meam portionem de ipso stagno et ipsum mansum ubi Wadamirus habitat cum suas terras in sazina de ipso alode. Et ego Wifredus quando venturus ero in ipsa villa Baias honorem habeam apud te, Riculfo episcopo, vel successoribus tuis de ipso stagno in vita mea; et post obitum meum remanere faciat ista omnia superius inserta ab omnem integritatem domum Sancte Eulalie sedis Elenensis, cum exia et regressia earum.

Et si tu, Riculfus episcopus, aut successoribus tuis abstrahere vos volueritis de ista convenientia quod inter me et te facimus in mea vita reddere michi facite aut tu Riculfus episcopus aut ullus de successoribus tuis ista scriptura et ipsum alode et ipso stagno in mea potestate sine ulla deceptione et ulla occasione. Et inantea ista donatio firma permaneat omnique tempore.

Facta donatione ista sub die V kalendas aprilis, anno V regnante Leutario rege, filio Ludoici regis.

Wifredus, qui ista donatione fecit et firmare rogavit. Sig+num Aimerudes, uxor de iamdicto Wifredo, qui presens stetit et consciens fuit. Sig+num Amelius. Sig+num Senegildes. Sig+num Sendredus. Sig+num Gontarius. Sig+num Eldericus.

Malangeicus presbiter, qui ista donatione scripsit et subscripsit die et anno quo supra.

394

27 ABRIL 959

RATFRED I LA SEVA MULLER RIQUILLA DONEN A SANTA EULÀLIA D'ELNA I AL BISBE RICULF LA QUARTA PART D'UN ALOU QUE TENEN EN EL COMTAT DE ROSSELLÓ, A LA VILLA «PALLEIANO» [EL SOLER], I TOT EL QUE TENEN A MONTNER I A ESTAGELL. A CANVI, REBEN QUATRE MUJADES DE VINYA I LA MEITAT D'UN MAS QUE SANTA EULÀLIA TÉ A LA VILLA PERACALÇ [TERME DE CLAIRÀ].

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia de 1140-1147 en el Cartoral d'Elna, f. 120 i f. 151v, perdut. — B. Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: París, BN, Col. Moreau, vol. 9, ff. 75-76, ex A. — C.* Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 25, *Recueil*, tom II, núm. 72, ex A.

RE: MONSALVATJE, *El obispado de Elna*, tom I, pàgs. 137-138. — LACVIVIER, *Le cartulaire*, núm. 72, pàg. 326.

In nomine Domini. Ego Ratefredus et uxor mea Richildes donatores sumus domum Sancte Eulalie sedis Elenensis ecclesie, matrem omnium ecclesiarum Russilionensium sive Confluentium, seu

et Riculfo, gratia Dei sedis Elenensis episcopo ibidem Domino serviente, successoresque eius ibidem Domino misericordiam deprecantes.

Nos Ratfredus et uxor mea Richildes [donamus]¹ alodem nostrum quod nos habemus in comitatu Russilionense, in villa Palleiano, id est in ecclesia, in casas, in casalibus, ortis, ortalibus, curtis, curtalibus, in terris, silvis, garricis, pratis, pascuis, aquis aquarum, vieductibus et reductibus, omnia et in omnibus, cum exiis et regressiis earum et cum illorum affrontationes et cum omnis fundis possessionis earum, de ipsa villa que dicunt Palleiano ipsam quartam partem vel de eius ecclesia, qui nobis ex comparatione advenit. Et in alio loco ubi vocant Monte Nigro quantum ibidem abemus vel infra eius fines et termines. Et in alio loco ubi vocant Stagello donamus vobis quantum ibidem abemus vel infra eius fines et termines cum exiis et regressiis earum et cum illorum affrontationes, et cum omnis fundis possessionis earum, tam cultum quam incultum, tam rusticum quam urbanum, omnia et in omnibus; in eius videlicet ratione propter ipsas vineas et ipso medio manso quem habet Sancta Eulalia in villa Petra calce.

Sic donamus nos vobis ipsum alodem nostrum quod superius resonat propter ipsas modiatas quatuor de ipsas vineas et ipsum medium mansum qui fuit Signefredi condam. In tali vero deliberatione ut super nos, iamdicti Raifredus et uxor mea Richildis, Riculfo episcopo superius vixerimus, teneamus et possideamus. Et hec vero alii episcopi ordinati qui fuerint in hac sede, si nobis Ratfredus et uxor mea Richildes ista omnia superius nominata non consenserint aut extollere voluerint, ipsum alodem nostrum reddere faciant in nostra potestate sine ulla deceptione. Et inantea ista donatio mea rata et firma permaneat omnique tempore.

Facta scriptura donatio ista sub die V kalendas madii, anno V regnante Leutario rege, filio Ludovici.

Ratfredus, Sig+num Richildes femina, nos simul in unum, qui ista scriptura donatione fecimus et testes firmare rogavimus. Bonifacius presbiter. Sig+num Baldefredus. Sig+num Witardus. Sig+num Franco.

Rainardus levita, qui ista scriptura donatione scripsit et subscripsit die et anno quo supra.

1. *Manca.*

395

20 JUNY 959

ERMETRUIT PERMUTA AMB EL COMTE GAUSFRED [I DE ROSSELLÓ] I LA SEVA MULLER, LA COMTESSA AVA, LA MEITAT DE L'ALOU QUE TÉ EN EL COMTAT DE ROSSELLÓ, A LA VILLA BAGES, PER L'ALOU QUE ELS COMTES POSSEEIXEN A LA VILLA TANYERES [TERME DE PERPINYÀ] I QUE HAVIA ESTAT DEL DIFUNT BISBE GUADALL.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia de 1140-1147 en el Cartoral d'Elna, f. 229 (llibre 5, carta 52), perdut. — B. Extret del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 108, f. 99v, ex A. — C. Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: París, BN, Col. Moreau, vol. 9, ff. 79-80, ex A. — D.* Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 25, *Recueil*, tom II, núm. 73, ex A.

RE: LACVIVIER, *Le cartulaire*, núm. 73, pàgs. 326-327 (amb data de 14 juny).

Sembla que la referència que es fa en aquest document a la permuta feta per Ermetruit de l'altra meitat de l'alou amb el bisbe Riculf i els canonges d'Elna ha d'ésser una interpolació perquè aquesta permuta no la féu, almenys d'una manera formal, fins el 26 d'agost de 960 (Doc. 410).

Vox legum et iuris est, ut «qualis est emptio talis est comutatio, simul habeant firmitatem»¹. In nomine Domini. Ego Hermetructes, femina, comutatrix tibi, Gaufredo comite, et uxori tue, Avane comitissa, comutatores.

Comuto vobis alodem meum proprium quem ego habeo in comitatu Rusulionense, in villa Baias vel in eius terminio, de omnem hereditatem meam quem ego ibidem mereor habere, qui michi advenit ex parentorum meorum. Sic comuto vobis ipsam meam medietatem, id est in domibus, curtis, ortis, arboribus, terris et vineis, pratis, pascuis, piscuis et stagnis, silvis, garricis, aquis aquarum, vieductibus et reductibus, de omnia et in omnibus.

Quantum quod ego ibidem mereor habere sic comuto vobis ipsa medietate et ipsa alia medietate habeo comutata aput Riculfo episcopo et aput ipsos canonicos de domum Sancte Eulalie sedis Ele-nensis. Sic comuto vobis ab omnem integritatem, cum exia et regressia earum et cum illorum affron-taciones. Et accepi ego, iamdicta comutatrix, de vos iamdictos comutatores, in comutacione, alium vestrum alode quod vos habetis in comitatu Russulionense, in villa Taxonarias vel in eius terminio, qui fuit Wadaldi, episcopi condam, id est in domibus, curtis, ortis, cum arboribus, terris et linaribus, garricis, aquis aquarum, omnia et in omnibus quantum quod vos ibidem meretis habere; et infra ter-minio de villa Gotorum, ubi dicunt ad ipsa Ripa, ipsum caputaquis superiore cum suo rego et suo de-cursu, cum petris et arenis ad ortos irrigandos; et ipsum alium caputaquis infra fines et termines de Perpiniane, ubicumque ego aprehendere potuero, ipsa aqua ad molindinos faciendos et operandos, cum illorum regos et cum illorum decursos, cum petris et arenis, cum exia et regressia earum.

Que vero hec omnia superius inserta de meo iure in vestra trado potestate ut quicquid de hec omnia superius inserta facere volueritis, liberam in Dei nomine habeatis potestatem. Quod si ego, iamdicta comutatrix, aut ullus de filiis aut de filiabus aut de heredibus meis aut hullus homo qui contra ista scriptura comutationis venerit pro inrumpendum, quantum ad eo tempore hec omnia supe-rius inserta meliorata fuerit, in duplo vobis componere faciat. Et inantea ista scriptura comutationis inrumpere non permitatur, sed plenam in omnibus habeat firmitatem.

Facta scriptura comutacionis sub die XII kalendas iulii, anno V regnante Leutario rege, filio Lo-doici regis.

Sig+num Hermetructes femina, qui ista comutatione fecit et testes firmare rogavit. + Ermenal-dus presbiter +. Sig+num Daniel. Sig+num Aurucio. + Ademar. + Eldefredus presbiter.

Malangeicus presbiter, qui ista comutatione scripsit et subscripsit die et anno quod supra.

1. Cf. *Liber Iudiciorum*, V, 4, 1.

TRASUAD VEN A L'ABAT PONÇ I A TOTA LA CONGREGACIÓ DE SANT MIQUEL [DE CUIXÀ] LES PARTS QUE HERETÀ D'UN MOLÍ SITUAT EN EL COMTAT DE ROSSELLÓ, EN LA VALL DEL CONFLENT, EN LA VILLA SAOR-RA, PER VUIT SOUS.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 124v, perdut. — B.* Còpia del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 87, ex A. — C. Còpia del segle XVIII: París, BN, Col. Moreau, vol. 9, f. 81, ex A.

a.* ABADAL, *Eixalada-Cuixà*, ap. 87, pàg. 187 (amb data de 958), ex C.

In nomine Domini. Ego Trassovadus vinditor sum vobis et domui¹ Sancti Michaelis archangeli et Poncio abba et cuncta congregatio Sancti Michaelis, et in terra. Per hanc scripturam vindicionis mee vindo vobis in comitatu Rosolionense, in valle Confluentana, in villa Savora, sic vindo vobis ipso molinare cum suo caputaquis, ipsa mea tertia parte et ipsum meum decimum, qui michi advenit per parentorum et per genitrice mea condam nomine Elbones. Qui affrontat: de una parte in rivo Sauvarigo, de alia parte in ipso molino de Sancte Michaelis, et de III^a parte in terra de Olibane comite, de quarta parte in molino Wamaurante. Quantum infra ista quatuor affrontationes includunt, sic vindo vobis in ipso molinare ipsa mea tertia parte et ipsum meum decimum ab integro, cum exio et regressio earum, propter precium solidos VIII, et nichilque de ipso precio apud vos non remansit; et est manifestum.

Quem vero ista omnia superius scripta quod ego vobis vindo, dimitto, iuro, in vestro trado dominio et potestate. Et qui contra hanc-ista scriptura venerit ad inrumpendum, aut ego venero, non hoc valeat vindicare, sed componat ista omnia superius scripta in duplo, cum sua melioratione. Et inantea ista vindicio firmis permaneat.

Facta scriptura vindicionis V kalendas iulii, anno V regnante Leutario rege, filio Leudevici.

Sig+num Trasovadus, qui ista vindicione feci et firmare rogavi. Sig+num Wifredus. Sig+num Gofredus. Sig+num Wiliesindus.

Sig+num Bellus presbiter, qui ista vindicione scripsit et subscripsit, die et anno quod supra.

1. domni a.

397

23 AGOST 959

RICULF, BISBE D'ELNA, DÓNA AL LEVITA VOLVERAD L'USDEFUIT D'UNA COROMINA QUE TÉ EN EL COMTAT DE ROSSELLÓ, EN EL VIC D'ELNA, SOTA LA VILA, AL COSTAT DE L'ESTRADA QUE VA D'ELNA A LA TORRE. TAMBÉ LI DÓNA DUES MUJADES DE VINYA «AD IPSAS SERRAS», AL COSTAT DE LA VIA QUE VA D'ELNA A SANT CEBRIÀ.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia de 1140-1147 en el Cartoral d'Elna, f. 76, perdut. — B. Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: París, BN, Col. Moreau, vol. 9, f. 119, ex A. — C.* Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 25, *Recueil*, tom II, núm. 76, ex A.

RE: MONSALVATJE, *El obispado de Elna*, tom I, pàg. 138. — LACVIVIER, *Le cartulaire*, núm. 75, pàg. 327.

In nomine Domini. Ego Riculfus, gratia Dei Helenensis sedis episcopus, donator sum tibi Volverado, levita. Dono tibi de alodem meum quem ego habeo in comitatu Russilionense, in vico Helna, id est condamina I que est subtus ipsa vila. Et affrontat ipsa condomina: de uno latus in terra

Volverado levita, et de alio latus in ipsos ortos de Sancta Eulalia, et de tercio latus in ipsa clausa vel in ipso orto de Guimarani, qui fuit condam, et de quarto vero latus in ipsa strata qui pergit de vico Helna ad ipsa Turre.

Et in alio loco, ubi vocant ad ipsas Serras, dono tibi modiatas II de vineas. Et affrontant ipsas vineas: de uno latus in vinea Guisado archipresbiteri, et de alius duus latus in vineas vel in terras de Sancta Eulalia, et de quarto vero latus in ipsa via qui pergit de vico Helna ad Sancto Cipriano.

Quantum infra istas totas affrontationes includunt de ista omnia superius scripta sic dono tibi ad omnem integritatem, cum exiis et regressiis earum; in eius vero videlicet ratione ut dum tu Volveradus levita vixeris, teneas et possideas et exfructare facias cunctis diebus vite tue, et post obitum vero tuum remanere faciat ad domum Sancte Eulalie propter remedium anime tue. Quod si ego donator ad ullus de successoribus meis qui contra ista scriptura donationis venerit pro inrumpendum, quantum ad eo tempore hec omnia superius inserta melioratum fuerit, in duplo tibi componere faciat. Et in postmodum haec scriptura donationis inconvulsam manebit.

Facta ista scriptura donationis X^{mo} kalendas septembris, anno V^o regnante Leutario rege, filio Ludoici regis.

Riculfus episcopus, qui ista scriptura donationis feci et firmare rogavi. Bonifacius presbiter. Sendedus levita. Isarnus levita. Miro levita. Gildmiro presbitero. Aribertus levita. Iuvinnus levita. Seniulduus levita. Garcias presbiter. Signefredus¹ presbiter. Guisadus levita. Amalrichus archipresbiter.

Stephanus presbiter, qui ista scriptura donationis et die et anno quod supra scripsit.

1. Signieredus C.

398

18 SETEMBRE 959

SESAN I ELS ALTRES MARMESSORS DE MAURI DONEN [AL MONESTIR DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ] UNA PROPIETAT A VALLVENTOSA.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 102, perdut. — B.* Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 239, pàg. 61, peça 307, ex A.

El regest de Fossà diu: «Autre (donation) par le même (Sesenandus) et les autres exécuteurs du nommé Mauri d'un tènement à Vall Ventuosa *ab omni integritate*, du 14 des kalendes d'octobre, année VI du dit règne (de Lothaire)».

399

3 OCTUBRE 959

ELLEGARS, ADALRADA I OLIBÀ DONEN AL MONESTIR [DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ] UN ALOU QUE TENEN EN EL COMTAT DE ROSSELLÓ, A VALLVENTOSA.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia en el Cartoral Major de Cuixà, f. 104, perdut. — B.* Extret del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 159, ex A. — C. Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12

J 24, *Recueil*, tom I, núm. 238, pàg. 19, ex A. — D. Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 239, pàg. 62, peça 315, ex A.

Els regests de Fossà, que completen la informació de l'extret parisenc, diuen: «Donatio facta eidem (coenobio) per Eliardum et Adaldradam de alodio in loco vocato Valle Ventuosa, 5 nonis octobris, anno 6 regni Leutharii, filii Ludovici» (C); «Donation faite par Elliarde, Adalrada et Oliba au dit monastère de leur alleu dans le comté de Roussillon, à Vallventosa, du V des nones d'octobre, année VI du règne de Lothaire» (D).

In nomine Domini. Ego Elliarde et Adalrada et Oliba [...].

Facta carta donatione V nonas octubris, anno VI regnante Leutario rege, filio Leudoyci.

[...].

400

5 OCTUBRE 959

GUILLEM I LA SEVA ESPOSA GUINEDELLA DONEN A SANT MIQUEL I SANT GERMÀ [DE CUIXÀ] UNES QUANTES CASES QUE TENEN EN ELS LLOCS DE FULLÀ I NYER.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia en el Cartoral Major de Cuixà, f. 123, perdut. — B.* Extret del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 171v, ex A. — C. Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 239, pàg. 73, peça 403, ex A.

El regest de Fossà diu: «Autre (donation) par Guillaume et son épouse Gunidildes de plusieurs fonds à Fulla, le 3 des nones d'octobre, année VI du règne de Lothaire».

In nomine Domini. Ego Guillermus et uxor nomine Guinidildes donatores sumus Sancti Michaelis archangeli et Sancti Germani confessoris [...] casas cum curte [...] in locum que vocant Follano vel Anger. Et affrontant ipsas casas cum curte et orto: de una parte in rivo Angerres [...].

Facta carta donationis III^o nonas octobris, anno VI regnante Leotario rege.

[...].

401

14 OCTUBRE 959

INGELM VEN AL COMTE OLIBA [I DE BESALÚ-VALLESPÍ], FILL DEL COMTE MIRÓ, LES VINYES QUE TÉ PER COMPRA EN EL TERRITORI D'ELNA, AL VALLESPÍ, EN ELS TERMES DE FONTCOBERTA [TERME DE QUEIXÀS] I D'ALTRES LLOCS, PER L'EQUIVALENT DE TRETZE SOUS.

O. Girona, AD, pergamins de Santa Maria de Besalú, núm. 1.

a.* MARQUÈS, *Pergamins de Santa Maria de Besalú*, núm. 1, pàgs. 241-242, ex O.

In nomine Domini. Ego Ingelmus vinditor sum tibi Olibane comite, filio Mironi comite, emto-re. Per hanc scriptura vindicionis mee vindo tibi vineas meas que mihi auenerunt per comparacione

et sunt ipsas vineas in territorio Eleenese, in Valle Asperi, in terminio de Insola [...]mo Morgado, in terminio de Fonte Coperta.

Et ipsa vinea [.]igonis afrontat: de I latus in vinea Morgado, de alia latus in ipsa via publica, de III latus [...] de meos eredes, de IIII vero latus in ipsas vineas eremas [...] eredibus. Ipsa una vinea que est in campo Morgado afrontat: de I latus in vinea Balasco, de alia in vinea Iuliane, de III latus in ipso stirpe, de IIII latus in vinea de ipso mulnario. Et alia vinea afrontat: de II latus in vineas Wantane, de III latus in ipsa stirpe et in [...]ordo de Valle [To]rta, de IIII vero latus in ipso sumo stirpe. Et tercia vinea ad ipsa Guardia afrontat: de I latus in vinea de [...]alago, de alia latus in vinea Wantane, de III latus in ipsa Wardia, de IIII vero latus in ipso riu de Valle Torta. Et ipsa vinea de Fonte Coperta afrontat: de [...]ue parte in terras vel in vinea de Sancta Eulalia. Et alia vinea similiter.

Quantum infra istas afrontaciones includunt de ipsa vinea vindo tibi ipsa medietate ab omni integritate in aderato et definito precium valentem solidos XIII; et nihil de ipsum precium aput te emtore non remansit; et est manifestum.

Que vero ipsas vineas, sicut superius resonat, de meo dominio abeas potestatem ad facere quodcumque volueris. Quod si ego vinditor aut ullusque ista scriptura vindicione inrumpendum, aut ego venero, in duplo tibi componat. Et firmis stabilis maneat omnique tempore.

Facta ista scriptura vindicione II idus octobris, anno VI regnante Leutario rege, filio Ludovici.

Sig+num Ingelmus, qui ista scriptura vindicione scribere rogavit et manibus suis firmavit et testes firmare rogavit. Sig+num Gige. Sig+num Teudericus. Sig+num [...].

Leudevinus presbiter, qui ista scriptura vindicione scripsi et SSS. die et anno quod supra.

402

15 OCTUBRE 959

EL COMTES SUNIFRED [II DE Cerdanya-Confent] i OLIBA [I DE BESALÚ-Vallespir] DONEN A ISARN, VESCOMTE [DE CONFENT], UN ALOU QUE TENEN EN EL COMTAT DE ROSSELLÓ, A LA VALL DEL CONFENT, EN EL LLOC ANOMENAT AIGUATÈBIA, TAL COM EL RETENIA EL VESCOMTE UNIFRED ABANS DE LA SEVA MORT I QUE ELLS ADQUIRIRÈN PER LA BAUSIA QUE COMETÉ I DESPRÉS PER PRECEPT REIAL.

[O]. Original perdut. — A.* Còpia del segle XIII: La Seu d'Urgell, AC, *Dotaliorum Ecclesie Urgellensis liber primus*, f. 224, doc. DCCXLVI, ex O. Rúbrica: «Incipiunt cartule cuiusdam ville Sancte Marie sedis, scilicet Aque Tepide». — B.* Còpia de 1382, autoritzada pel notari urgellès Pere de Ministrells: La Seu d'Urgell, AC, perg. num. 76, ex O.

a. BARAUT, *Els documents, dels segles IX i X*, núm. 136, pàgs. 97-98, ex A.

RE: MONSALVATJE, *Noticias*, vol. 15, núm. MMCXXXI, pàg. 183, ex A.

El precepte reial (*preceptum regis*) esmentat en el text és el que fou expedit a Reims el febrer de 952 (Doc. 337).

In nomine Domini. Ego Soniefredus comes et Oliba comes donatores sumus tibi Isarno, vicescomite¹. Certum quidem et manifestum est enim quia placuit in animis nostris, ita et placet, nullius cogentis imperio nec suadentis ingenio sed propria et expontanea nostra bona hoc elegit voluntas,

ut tibi karta fecissemus donacionis, sicuti et facimus, de alodem nostrum proprium quod² habemus in comitatu Rosolionense³, in valle Confluente, in locum que vocant Aquatepida, cum fines et termines suos, sicut retinebat Huniefredus vicescomites ante dies obitus sui; unde ad nobis pervenit per ipsa bauzia que nobis fecit in fisco et postea per preceptum regis. Et affrontat ipse alaude: de I parte in Quillano, et de alia in serra de Cruce, et de III in Bardollo, de IIII infra fines de Talazo.

Quantum infra istas affrontationes includunt, sic donamus tibi nos supranominati totum ab integrum, casas, casalibus, ortis, ortalibus, silvis, garricis, pratis, pascuis, vieductibus vel reductibus cum exio vel regressio. Et qui contra hanc-istam kartam donacionem venerit ad inrumpendum non hoc valeat vindicare sed in duplo componat tantum et aliut tantum.

Facta karta donacione idus octubris, anno VI^o regnante Leutario rege, filio Leudevici.

Oliba comes SSS. Bellus presbiter SSS. Guifredus presbiter SSS. Albarus levita SSS. Seniofredus comes SSS.

Adroarius presbiter sive monachus, qui ista donacione scripsit⁴ et SSS. sub die et anno quo supra.

1. vicecomite B. — 2. qui B. — 3. Rossolionese B. — 4. scripsit A.

403

19 NOVEMBRE 959

SESANAN FA UNA DONACIÓ [AL MONESTIR DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ].

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII dins el Cartoral Major de Cuixà, f. 102, perdut. — B.* Extret del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 158v, ex A.

In nomine Domini. Ego Sesenandus [...].

Facta scriptura donationis vel traditionis ista XIII kalendas decembris, anno VI regnante Leutario rege, filio Lodoyci regi.

[...].

404

26 FEBRER 960

TODALEC I ELS ALTRES MARMESSORS DE RICULF DONEN [AL MONESTIR DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ] UNA VINYA SITUADA EN EL TERRITORI DE CAMELES.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia en el Cartoral Major de Cuixà, f. 104, perdut. — B.* Extret del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 159, ex A. — C. Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 239, pàg. 62, peça 317, ex A.

El regest de Fossà, que completa la informació de l'extret parisenc, diu: «Autre (donation) par Todalec et les autres exécuteurs testamentaires de Riculf d'une vigne au dit terroir de Camelas, du V des kalendes de mars, année VI de Lothaire».

In nomine Domini. Ego Todaleco [...].
 Facta ista scriptura donationis V kalendas marci, anno VI regnante Leutario rege, filio Ludoyci
 condam.
 [...].

405

31 MARÇ 960

ADALÀ PREVERE DÓNA [AL MONESTIR DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ] UN ALOU O VINYA QUE TÉ A FULLÀ.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia en el Cartoral Major de Cuixà, f. 119, perdut. — B.* Extret del segle xvii: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 168v, ex A. — C. Regest del segle xviii: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 239, pàg. 71, peça 383, ex A.

El regest de Fossà, que completa la informació de l'extret parisenc, diu: «Autre (donation) par Atala, prêtre, de son alleu ou vigne *ibidem* (Fulla), du II des kalendes d'avril, année VI du règne de Lothaire».

In nomine Domini. Ego Atala presbiter [...].
 Facta carta donatione II kalendas aprilis, anno VI regnante Leutario rege, filio Leudevici.
 [...].

406

5 ABRIL 960

GUIDÀRIA DÓNA AL MONESTIR [DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ] LA MEITAT DE LES TERRES I DE LES VINYES QUE TÉ EN EL TERRITORI D'ILLA.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle xii en el Cartoral Major de Cuixà, f. 88v, perdut. — B.* Regest del segle xviii: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 239, pàg. 54, peça 240, ex A.

El regest de Fossà diu: «Donation faite au dit monastère par Widaria, femme, de sa moitié de terres et vignes au terroir d'Illa, du 5^e avril, année 6 du règne de Lothaire».

407

27 JUNY 960

ARCEDÒNIA I EL SEU FILL SUNIFRED, LEVITA, DONEN A L'ESGLÉSIA DE SANTA EULÀLIA D'ELNA UNA PART DE L'ALOU QUE TENEN EN EL COMTAT DE ROSSELLÓ, EN EL VILAR ANOMENAT TERRATS. FAN LA DONACIÓ PER A REMEI DE L'ÀNIMA DEL DIFUNT ESGUT I DE LES D'ELLS, AMB LA CONDICIÓN QUE EN TINDRAN L'US-DEFUIT.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia de 1140-1147 en el Cartoral d'Elna, f. 160v, perdut. — B. Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: París, BN, Col. Moreau, vol. 9, ff. 114-115, ex A. — C.* Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 25, *Recueil*, tom II, núm. 75, ex A.

RE: LACVIVIER, *Le cartulaire*, núm. 74, pàg. 327.

Scripturarum series declarat ut quicumque enim vult evadere in eternum supplicium, de rebus istis transitoriis debet sibi preparare viam salutis eterne. Ob hoc igitur, in Dei nomine ego Arcedonia femina et filius Seniofredus, levita, donatores sumus ad domum Sancta Eulalia, martira Christi, sive mater ecclesiarum Resselionensium, que est fundata in comitatu Resselionense, in villa vico Elena.

Donamus nos iamdicti in iamdicto comitatu Resselionense aliquid de alodem nostrum que vocant Terrados, ipso villare, id est casas, casalibus, curtis, curtalibus, ortis, ortalibus, vineas, vinealibus, in terris, cultum vel incultum, pratis, pascuis, silvis, garricis, aquis aquarum, viaeductibus et reductibus earum, omnia et in omnibus; quantum nos ibidem habemus in iamdicto villare, sic donamus ad iam predicta ecclesia Sancta Eulalia, virginis et martira Christi.

Et affrontant ista hec omnia superius inserta: de parte orientis in ipsa aurelina que discurrit per villare Caginexio vel in ipsa gutina que discurrit per valle Luparia, et pervenit super ipsa cumba de Amilone femina, condam qui fuit; et de meridie affrontat supertus ipsa rocha que dicunt Elevira Curba, et descendit per ipsa rocha; et de parte circi inlaterat in ipsa via qui pergit de villare Caginexio ad ipso Castelletto; et de parte occidentis subiungit in ipsa gutina qui discurrit per ipsos chastaneos, et ascendit per alia gutina que discurrit per ipsos kastaneos de Guivilane, et ascendit ad ipsa ferraria, et pertransit usque ad ipsa tragina, et pervenit ad ipsas Pausellas, deinde adimplebitur usque in ipsa iamdicta rocha.

Quantum in istas omnes affrontationes includunt, sic donamus nos iamdicti ad iam predicta ecclesia vel ad servientes Dei ibidem Domino misericordiam famulantes, ab omnem integritatem, cum exio vel regressio earum, vel cum omnem superposita earum, vel cum omnis fundis possessionis earum, pro amore Dei et pro anima Esseguti, condam qui fuit, et propter remedium animas nostras, ut Deus omnipotens indulgeat et dimittat omnia peccata adque delicta nostra. Et in precium redemptionis animas nostras iamdictas ista hec omnia superius inserta representare dignetur ubi lux permanet et vita regnat in secula seculorum, amen.

Que vero ista hec omnia, sicut superius scriptum vel insertum est, de nostro iure in eius tradimus potestate predicta ecclesia Sancta Eulalia, virginis et martira Christi, ut de ab hodierno die et tempore maneat eius firma potestas. Si quis secularis persona vel quislibet homo assumere vel inrumpere voluerit, non hoc valeat vindicare quod reppetet, sed in primis iram Dei omnipotentis incurrat, et a collegio omnium christianorum ad liminibus sancta Dei Ecclesia efficiatur extraneus, et ad regno Dei sit separatus; Datan et Abiron iuditium sibi sentiat esse daturus et cum Iuda traditore perpetuis ignibus concremandus. Et insuper quantum ad eo tempore ista hec omnia superius inserta meliorationem habuerint, in duplo in potestate predicta ecclesia Sancta Eulalia, virginis et martira Christi, componere faciat. Et inantea ista donatio firmis et stabilis permeneat omnique tempore, hac vero ratione servata: dum nos vixerimus, teneamus et possideamus. Et si tu Seniofredus levita, filius meus, me supervixeris, teneas et possideas; et post obitum nostrum ista scriptura cum istum iamdictum alodem sicut superius comprehensum est in iamdictis locis, quantum nos ibidem habemus vel hereditare debemus, sic remaneat ad iam predicta Sancta Eulalia, virginis et martira Christi, vel ad servientes Dei ibidem Domino misericordiam famulantes vel ad subsecutoribus eorum.

Facta ista donatione V kalendas iulii, anno VI regnante Leutario rege, filio Ludoici condam.
 Sig+num Arcedonia femina, Seniofredus levita, qui simul in unum ista donatione fecimus et testes firmare rogavimus. Teumundus presbiter. Gaudisclus presbiter. Signum Argemirus.
 Teudericus presbiter, qui hanc donationem scripsi et subscripsi die et anno quo supra.

408

1 JULIOL 960

TRASGONÇA DÓNA AL MONESTIR [DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ] UN ALOU QUE TÉ EN EL COMTAT DE CERDANYA, EN EL PAGUS DE LLÍVIA, DINS ELS LÍMITS DE LA VILA DE LLÍVIA, EN EL LLOC ANOMENAT GORGUJA.

Vegeu Catalunya carolíngia. Els comtats d'Urgell, Cerdanya i Berga.
 Regest ex Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 238, pàg. 36.

409

17 JULIOL 960

AJÓ DÓNA AL MONESTIR [DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ] UNA VINYA SITUADA A ILLA.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia en el Cartoral Major de Cuixà, f. 94, perdut. — B.* Extret del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 156v, ex A. — C. Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 239, pàg. 56, peça 270, ex A.

El regest de Fossà, que completa la informació de l'extret parisenc, diu: «Donation faite au dit monastère d'une vigne *ibidem* (Illa), le XVI des kalendes d'août *anno VI regnante Lotbario*».

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Ego igitur in Dei nomine Aego [...].
 Data in mense iulii, XVI kalendas augustus, LXXX*, anno VI regnante Lotario serenissimo rege, filio Ludoyci.
 [...].

410

26 AGOST 960

ERMETRUIT PERMUTA AMB EL BISBE RICULF I AMB ELS CANONGES DE L'ESGLÉSIA DE SANTA EULÀLIA DE LA SEU D'ELNA LA MEITAT DE L'ALOU QUE TÉ EN EL COMTAT DE ROSSELLÓ, A LA VILLA BAGES, PER UN ALOU SITUAT EN EL MATEIX COMTAT, A LA VILLA TANYERES. L'ALTRA MEITAT L'HA PERMUTADA AMB EL COMTE GAUSFRED [I DE ROSSELLÓ].

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia de 1140-1147 en el Cartoral d'Elna, f. 347v, perdut. — B. Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: París, BN, Col. Moreau, vol. 9, f. 121, ex A. — C.* Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 25, *Recueil*, tom II, núm. 74, ex A.

RE: MONSALVATJE, *El obispado de Elna*, tom I, pàg. 138. — LACVIVIER, *Le cartulaire*, núm. 76, pàg. 327 (amb data de 25 novembre).

La permuta amb el comte Gausfred havia tingut lloc el 20 de juny de 959 (Doc. 395).

Vox legum et iuris est, ut «qualis est emtio, talis est comutatio, simul habent firmitatem»¹. In nomine Domini. Ego Ermetrudes, femina, comutatrix vobis Richulfo, episcopo gratia Dei sedis Elenensis, et cunctis canonicis domum Sancte Eulalie sedis Elenensis, comutatores.

Comuto vobis alodem meum quem ego habeo in comitatu Russulionense, in villa Baias vel in eius terminia; qui michi advenit ex parentorum meorum, id est in domibus, curtis, ortis, terris et vineis, pratis, pascuis et piscuis, silvis, garricis et stagnis, aquis aquarum, vieductibus et reductibus. De omnia quantum quod ego ibidem mereor habere, sic comuto vobis ipsa medietate quia ipsa alia medietate habeo concamiata aput Gaudfredo comite.

Sic comuto vobis ab omnem integritatem, cum exia et regressia earum et cum illorum affrontationes, et accepi ego iamdicta comutatrix de vos iamdictos comutatores, in comutatione, alterum vestrum alode quod vos habetis in iamdicto comitatu Russulionense, in villa Texonarias vel in eius terminio, omnia et in omnibus. Quantum quod vos ibidem meretis habere, sic comuto vobis ab omnem integritatem, cum exia et regressia earum et cum illorum affrontationes.

Que vero hec omnia superius inserta de meo iure in vestra trado potestate ut quicquid de hec omnia superius inserta facere volueris liberam in Dei nomine habeatis potestatem. Quod si ego iamdicta comutatrix aut ullus de filiis aut de filiabus meis aut ullus de heredibus meis, aut ullus homo qui contra ista scriptura comutationis venerit pro irrumpendum, quantum ad eo tempore hec omnia superius inserta melioratum fuerit in duplo vobis componere faciat. Et inantea ista scriptura comutationis inrumpere non permitatur, sed plenam in omnibus habeat firmitatem.

Facta scriptura comutationis sub die VII kalendas septembris, anno VI regnante Leutario rege, filio Ludovici regis.

Sig+num Ermetructes femina, qui ista comutatione feci et testes firmare rogavi. Ademar. Eledfredus presbiter. Ermenaldus presbiter. Sig+num Daniel. Sig+num Aurutio.

Malangeicus presbiter, qui ista comutatione scripsit et subscripsit die et anno quo supra.

1. Cf. *Liber Iudiciorum*, V, 4, 1.

SUNIFRED I LA SEVA MULLER DONEN [AL MONESTIR DE SANTA MARIA D'ARLES] DUES CONDOMINES SITUADES A PLADECORTS.

[O]. Original perdut. — [A]. Regest, potser de 1586, en l'Inventari de l'arxiu del monestir d'Arles fet per Agullana, pàg. 48 CC. — B.* Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 237, ex A.

El regest de Fossà diu: «Alia (donatio) 12 kalendas octobris, anno 7 regnante eodem (Leutario), per Seniofredum et eius uxorem de duobus condominis in Plano de Curtis».

412

29 OCTUBRE 960

SALOMÓ DÓNA [AL MONESTIR DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ] DUES VINYES SITUADES A FULLÀ.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia en el Cartoral Major de Cuixà, f. 121v, perdut. — B.* Extret del segle xvii: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 170v, ex A. — C. Regest del segle xviii: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 239, pàg. 72, peça 398, ex A.

El regest de Fossà, que completa la informació de l'extret parisenc, diu: «Autre (donation) par Salomon de deux vignes *ibidem* (à Fullà), du IIII des kalendes de novembre de l'année VII du règne de Lothaire».

In nomine Domini. Ego Salomon [...].

Facta carta donationis IIIIº kalendas novembris, anno VIIº regnante Leutario rege, filio Leudevici.

[...].

413

29 NOVEMBRE 960

GARSIES PREVERE DÓNA AL MONESTIR DE SANT MIQUEL I SANT GERMÀ DE CUIXÀ UN ALOU QUE TÉ EN EL COMTAT DE ROSSELLÓ, EN LA VILLA DE SANT FELIU D'AMUNT; CASES I CAMPS EN LA VILLA DE TUÏR D'AVALL; I DIVERSOS BÉNS EN EL COMTAT DE BESALÚ.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle xii en el Cartoral Major de Cuixà, f. 31v, perdut. — B. Extret del segle xvii: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 134, ex A. — C. Còpia del segle xviii: París, BN, Col. Moreau, vol. 9, ff. 124-125, ex A. — D.* Còpia del segle xviii: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 84, ex A.

a.* ABADAL, *Eixalada-Cuixà*, ap. 88, pàgs. 187-188, ex C.

In nomine Domini. Ego Garsias, presbiter, donator sum Deo et Sancti Michaelis et Sancti Germani, confessores Christi, qui sunt fundati in valle Confluenti, iuxta fluvium Litterano, in loco vocitante monasterii Coxano. Magnum mihi et satis licitum esse videtur domum Dei edificare ubique et de meis rebus honorare atque concedere, audientem predicationem sanctorum patrum quae elemosina a morte liberat anima, cognoscentem me peccati macula honustum compunctus divina pietate ut pius et misericors sit Deus in peccatis meis, propterea concedo atque trado alodem meum ad supranominatum monasterium, propter remedium animae meae et propter remedium animas Garsiani condam et Wivini et Vinedelde¹, genitori et genitrice mea.

Dono ego iamdictus Garsias, presbiter, alodem qui est in comitatu Rossolionense, in villa quae dicunt a Sancto Felice superiore, qui est iuxta flumen Tede; dono ibidem casas, casalibus, curtes, ortis, ortalibus, terras cultas vel incultas, pratis, paschuis, silvis, garricis, molinares, aquis aquarum, viaeductibus vel reductibus, omnia vel in omnibus, quantum ibidem terra cultam quam incultam quisitum quam adquirendum, cum fines et terminos eorum et cum illorum affrontationes. Qui mihi

advenit per vocem parentorum meorum. Et in villa Tugurio subteriore dono ego iamdictus Garsias casas, casalibus, ortis, ortalibus, curtes; et affrontant ipsas casas cum ipsas curtes: de III partes in casas de ipsos heredes, de IIII parte in via qui discurrit inde. Et in eodem termino dono ego iamdictus Garsias campos II et ipso pugo cum ipsas casas qui est ad ipsa ecclesia Sancti Petri; et affrontat ipse unus campus: de una parte in terra de Seniofredo, fratre meo, et de alia parte in ipsa ecclesia, de III^a in terra Findelane vel de heredes suos, et de IIII in via quae discurrit de valle Confluenti ad vico Elna; et ipse alius campus affrontat: de una parte in terra Riculfo, et de alia in via qui pergit in vico Elna. Et advenit mihi ista omnia tam de parentorum quam ex comparatione.

Quantum infra istas IIII^o affrontationes includunt sic dono ego Garsias, presbiter, ad domum Sancti Michaelis omnia ab integrum. Et in comitatu Besuldunense dono ego iamdictus Garsias casas, casalibus, curtes et ortos, ortalibus, terras cultas vel incultas, vineas, arbores, arboribus pomiferis, silvis, garricis, molendinis, aquis aquarum, viaductibus vel reductibus, cum exio vel regressio earum, cum illorum affrontationes, quantumcumque ego abere vel ereditare debeo. Et advenit mihi de comparatione vel de parentorum meorum.

Omnia haec quae superius resonat sic dono ego iamdictus a Sancti Michaelis et Sancti Germani ab integrum propter remedium animae meae. Quod si ego donator aut ullusque homo hanc scripturam venerit ad inrumpendum, in primis iram Dei incurrat et a liminibus sancta Dei Ecclesia extraneus efficiat, et cum maledictis in infernum descendat. Et inantea ista charta donationis vel elemosinaria firmis et stabilis permaneat omnique tempore et non sit disrupta.

Facta charta donatione III kalendas decembris, anno VII regnante Leutario rege, filio Leudevici.

Garsias presbiter, qui ista donatione elemosinaria fecit et testes firmare rogavit et signavit. Sig+num Soniefredus. Sig+num Selva. Sig+num Riculfus. Ermemirus². Sig+num Durandus.

Adroarius presbiter, qui ista donatione vel elemosinaria scripsit et subscripsit sub die et anno quo supra.

1. Vinidelde D. — 2. Ermenirus a.

GUIFRÉ DÓNA AL CENOBI [DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ] L'ALOU QUE TÉ A LA VALL DEL CONFLENT, DINS ELS CONFINS DE LA VILLA FULLÀ, EN EL LLOC ANOMENAT «BARRANEGOS».

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 118, perdut. — B.* Extret del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 168, ex A. — C. Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 238, pàg. 21, ex A. — D. Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 239, pàg. 70, peça 377, ex A.

Els regests de Fossà, que completen la informació de l'extret parisenc, diuen: «Donatio facta per Giafredum dicto coenobio de alodio infra fines de villa Folliano, in loco vocato Barenagos; 12 (kalendas) ianuarii, anno 7 regnante Leutario» (C); «(Donation) par Guifred de son aleu à Fulla, du XII des kelendes de janvier, année VII du même règne (de Lothaire)» (D).

In Dei nomine. Ego Guifredus donator sum Deo [...]. Et est ipse alodis in valle Confluente, infra fines de villa Fauliano, in locum que vocant Barranegos. Sunt casas [...].

Facta carta helemosinaria XII kalendas ianuarii, anno VII regnante Leutario rege, filio Ludoyci. [...].

415

27 DESEMBRE 960

HOM FA UNA DONACIÓ [AL MONESTIR DE SANTA MARIA D'ARLES].

[O]. Original perdut. — [A]. Regest, potser de 1586, en l'Inventari de l'arxiu del monestir d'Arles fet per Agullana, pàg. 47 M. — B.* Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 237, ex A.

El regest de Fossà diu: «Alia (donatio); 6 kalendas ianuarii, anno 7 regnante Leutario rege».

416

26 FEBRER 961

BELL PREVERE, SUNYER, UN ALTRE BELL I ATÓ, MARMESSORS DE LA COMTESSA AVA [DE Cerdanya-Conflent], LLIUREN A L'ESGLÉSIA DE SANTA EULÀLIA DE LA SEU D'ELNA L'ALOU QUE LA DIFUNTA TENIA EN EL COMTAT DE ROSSELLÓ, A LA SERRA DE SANT PERE [TERME DE PRUNET I BELLPUIG], I LES VINYES QUE TENIA A FINESTRET, LLEVAT DE L'ALOU QUE HAVIA COMPRAT A UN PREVERE ANOMENAT CONSTANTÍ. FAN LA DONACIÓ PER A REMEI DE L'ÀNIMA DE LA DIFUNTA AVA.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia de 1140-1147 en el Cartoral d'Elna, ff. 318v-319 (llibre 7, carta 51), perdut. — B.* Còpia de mitjan segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 108, ff. 117v-118, ex A. — C. Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: París, BN, Col. Moreau, vol. 9, f. 147, ex A. — D.* Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 25, *Recueil*, tom II, núm. 77, ex A.

a.* *Marca hispanica*, ap. XCVIII, col. 880, ex A (per mitjà de B). — b. MONSALVATJE, *Colección diplomática*, tom I, núm. CXXXII, pàgs. 199-200, ex a.

RE: LACVIVIER, *Le cartulaire*, núm. 77, pàg. 327.

In nomine Domini. Ego Bellus, presbiter, et Suniarius et item alius Bellus et Ato, qui sumus elemosinarii vel manumissores advocati de condam Ava comitissa, donatores sumus ad domum Sanctae Eulaliae sedis Elenensis. Donamus nos iamdicti manumissores, id est domos, curtis et ortos, terras et vineas, cultum vel incultum, pomiferis vel impomiferis, pratis, pascuis, silvis, garricis, vieductibus vel reductibus, sicut quondam Ava precepit nobis¹ vel in suo testamento resonat. Unde nos iamdictos manumissores iuditium obligavimus a serie conditionis, sicut lex iubet. Qui est ipso iamdicto alode in comitatu Rossolionensis, quod habeo in Serra Sancti Petri, de omnem haereditatem meam vel molinos², et de ipsas meas vineas de Fenestreto, unde cartas habeo, exceptus ipsum alodem quod ego emi de Constantino³ presbitero.

Donamus nos iamdictos manumissores ipsum iamdictum alodem, sicut superius resonat, cum fines vel termines ad domum Sanctae Eulaliae⁴ sedis Elenensis propter Deum et remedium animae suae, cum exio et regressio earum. De nostro iure⁵ iamdictos manumissores tradimus ipsos iamdictos alaude, sicut superius scriptum est, ad domum Sancte Eulaliae sedis Elenensis propter Deum et remedium animae suae condam Ava.

Quod si nos donatores aut⁶ ullusque homo qui contra hanc iamdicta donatione ad irrumpendum venerit, non hoc valeat vindicare sed qui hoc fecit componat in vinculo ista omnia quod superius resonat in duplo quantum ad eo tempore in melioratum fuerit. Et inantea ista scriptura donationis firma et stabilis permaneat omni tempore.

Facta ista⁷ carta⁸ donationis quarto kalendas marci, anno septimo regnante Leutario rege, filio Leudevici.

Sig+num Ato, Suniarius, Bellus, Bellus presbiter, qui ista carta donatione fecimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Benedictus. Sig+num Oliba. Sig+num Recosindus. Bermundus.

Audgarius presbiter, qui hanc cartam donationis scripsi et sub [SSS.]⁹ sub die et anno quo supra.

1. vobis B. — 2. in...mos B. — 3. Gofiantino BD. — 4. ad *afegeix* B. — 5. vero B. — 6. ad B. — 7. *Omet* a. — 8. *Ometen* BD. — 9. *Ometen* BD.

417

27 FEBRER 961

BELL PREVERE, SUNYER, UN ALTRE BELL I ATÓ, MARMESSORS DE LA DIFUNTA COMTESSA AVA [DE Cerdanya-Conflemt], DONEN AL MONESTIR DE SANT MIQUEL I SANT GERMÀ DE CUIXÀ, SEGONS QUE ELS MANÀ LA DITA COMTESSA I D'ACORD AMB LES CONDICIONS DEL SEU TESTAMENT, L'ALOU QUE TENIA A LA VALL DEL CONFLENT, EN EL LLOC DE PRATS, A LA VALL DE BALAGUER, AIXÍ COM UNA VINYA A ESTOER I UN ALOU A LA VILLA FINESTRET, COMPRAT AL PREVERE CONSTANTÍ.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle xiv en el Cartoral Menor de Cuixà, perdut. — B. Còpia del segle xvii: París, BN, Col. Baluze, vol. 107, f. 369, ex A.

a.* *Marca hispanica*, ap. XCIX, col. 881, ex A (per mitjà de B). — b. MONSALVATJE, *Colección diplomática*, tom I, núm. CXXXIII, ex a. — c.* ABADAL, *Eixalada-Cuixà*, ap. 90 (b), pàgs. 192-193, ex B.

EL LEVITA SUNIFRED FA TESTAMENT, ABANS DE POSAR-SE EN CAMÍ, I NOMENA MARMESSORS ADONET, FRANCONET PREVERE I TODERIC PREVERE. LLEGA AL CENOBI DE SANTA MARIA D'ARLES EL SEU ALOU DE PALALDÀ, AL CENOBI DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ ELS BÉNS QUE TÉ A MONTBOLÓ I A LA SEU DE SANTA EULÀLIA D'ELNA ELS BÉNS QUE TÉ A MALLOLES, LLEVAT DELS QUE HI DEIXA A L'ESGLÉSIA DE SANTA MARIA DE MALLOLES. A MÉS LLEGA A DIFERENTS PERSONES, ENTRE LES QUALS EL SEU FILL ARIMANY, ELS BÉNS QUE TÉ A LES VILLES BRULLÀ I TATZÓ D'AVALL, A LA JAÇA [TERME DE BRULLÀ], A LA ROCA [D'ALBERA] I AL VIC D'ELNA, I A DIFERENTS ESGLÉSIES EL SEU «LIBER IUDICUM», LA SEVA VAIXELLA I ALTRES OBJECTES.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia de 1140-1147 en el Cartoral d'Elna, f. 137, perdut. — B. Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: París, BN, Col. Moreau, vol. 10, ff. 103-105, ex A. — C.* Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 25, *Recueil*, tom II, núm. 80, ex A.

a. PI DE COSPRONS, *Biographies carlovingiennes*, «pièces justificatives», pàg. 9, ex B. — b. ALART, *Cartulaire*, doc. XII, pàgs. 24-27, ex a.

RE: LACVIVIER, *Le cartulaire*, núm. 80, pàg. 328.

El levita Sunifred d'aquest document ha d'ésser el mateix que, junt amb la seva mare Arcedònia, vídua d'Esgut, féu una donació a Santa Eulàlia d'Elna el 27 de juny de 960 (Doc. 407).

Scripturarum series declarat ut quicumque enim vult evadere eternum suplicium, de rebus istis transitoriis debet sibi preparare viam salutis eterne. Ob hoc igitur, in Dei nomine, ego Seniofredus, levita, timeo et paveo penas inferni et cupio pervenire ad gaudia eterna paradisi, Deo propicio, sano animo, sed humana fragilitas metuens kasu nequando absit, repentina mors michi perveniat, ut uno meum testamentum fieri voluit, ut dum tempus vite mee mature devenerit, universa que notavero darique iussero, firmum et stabilitum¹ permaneant, ut robori suo obtineat firmamentum, etenim re-

media celestia sunt querenda. Tunc primum sic iubeo atque discerno ut fiant manumissores mei, id est Adonet et Franchonet presbitero et Teuderico presbitero, et precipio vobis ut si ego in isto itinere obiero vel a seculo migravero, dividere faciatis omnes res meas mobiles vel immobiles que ego vobis iniungo vel manumitto.

In primis, id est ad cenobium Sancta Maria que vocant Arulas, scriptura donationis faciatis de alodem meum in locum quem dicunt Palaciodano: ipso meo villare trada[ti]s² vel alia omnia quantumque ego habeo infra fines et termines de iamdicto Palaciodani vel in parrochia Sancti Martini et in Valle Ventuosa similiter, et in villa Lupiano similiter.

Et precipio vobis ut ad cenobium Sancti Michaelis archangeli, qui est fundatus in locum que vocant Cuxano, scriptura donationis faciatis de omnia quantumque ego habeo in terminio de Monte Baudone vel in ipso villare que dicunt Savatichos, sive in ipso Petrasio vel in ipsa Clotta, quantumque in iamdictis habeo vel habere debeo.

Et precipio vobis ut ad domum Sancta Eulalia sedis Elenensis, mater ecclesiarum Ressolionensium, scriptura donationis facias de omnia quod quantum ego habeo in villa Maliola vel infra eius fines et terminos, exceptus ipsa vinea quem vocant Palatio Monnosio que dono ad domum Sancta Maria in iamdicta villa.

Et ad Olibane, filio Belielde femina de Villa nova, scriptura donationis faciatis de omnia quantum abeo in villa Bruliano, exceptus ipsas terras que sunt in locum que dicunt Darnago, et in villa Tacidone subteriore similiter. Et ad Olibane, filio iamdicto, donare faciatis ipsas vineas que sunt in locum que vocant Iaci. Et ad Albovino donare faciatis omnia quantumque ego habeo in ipsa Rocha et in rio profundo vel habere debeo, et exinde precium donare faciat solidos L in manu de istos iamdictos manumissores; et ipsa scriptura que feceritis ad Albovino, equaliter faciatis ad uxore sua. Et precipio vobis ut scriptura donationis faciatis ad Bentione de omnia quantumque ego habeo in Monte Forchato vel infra eius fines et terminos, vel in ipsas Pilosas de Villa nova.

Et ipsas meas vachas donare faciatis propter remedium anime de genitrice mea vel propter remedium anime mee, que fuerunt de genitrice mea, maiores vel minores. Et ipsas meas III proprias, donare faciatis ad Armagno, filio meo. Et ipsos porchos, ipsas duas partes, donare faciatis propter remedium animas nostras. Et de ipsas equas, donare faciatis ipsas duas partes propter remedium anime de ienitori meo vel de ienitrice mea; et ipsam tertiam partem donare faciatis ad Ardmagno, filio meo, et ad matre sua. Et ipsas oves, ipsa medietate donare faciatis propter remedium anime de genitori meo vel de ienitrice mea, et alia medietate donare faciatis ad Ardmagno, filio meo, et ad matre sua. Et precipio vobis ut ad Ardmagno, filio meo, donare faciatis kavallo I colore liarro, lancea et dardum, scutum et targa, et ipsum meum cornum.

Et ad manumissore meo Teuderico, presbitero, ipso meo banchale novo, propter remedium anime de ienitori meo vel de ienitrice mea. Et ipso choto vermilio que est in villa vicho Elna et alium banchale vetulus, donare faciatis ad manumissore meo Franchone, presbitero, propter remedium anime de ienitore meo vel de ienitrice mea. Et ipsa mea chortina donare faciatis ad domum Sancti Stephani, martiris Christi, que est in villa vicho. Et ipsos meos servos Adifonso cum filios suos et fratre suo Vischafredo, donare faciatis Addone, meo avvocato. Et precipio vobis alios servos meos et ancillas ad filio meo Ardmagno. Et alios drapos meos que superius non sunt nominati, donare faciatis ad Ardmagno, filio meo. Et ipsa vexella que est in ipsa Rocha, et ad domum Sancti Felicis vel ad cenobium Sancti Genesii donare faciatis; ad Bomalia³ femina, omnes arcas meas; et servios donare faciatis ad Ardmagno et ad matre sua. Et omnes tonnas que sunt in vico Elna, maiores vel minores, donare faciatis ad filio meo Ardmagno et ad matre sua. Et ipso meo Libro Iudicum donare faciatis

ad domum Sancta Eulalia, matrem ecclesiarum Ressionensium. Et asinos meos duos ad filio meo Ardmagno et matre sua; et omnes boves meos et ferramentas, donare faciatis ad filio meo Ardmagno et ad matre sua.

Et omnem bladum meum quod est in comitatu Impuritano vel Ierundense, donare faciatis propter remedium anime de ienitori vel de ienitrice mea. Et precipio vobis ut omnem bladum meum que est in Monte Forchato vel in cunctis aliis locis, in comitatu Ressionense, ipsas duas partes de vinnea et annona milium et legumen, donare faciatis propter remedium anime de ienitori meo vel de ienitrice mea; et ipsam tertiam partem donare faciatis ad Ardmagno, filio meo, et matre sua. Dico vobis de Centullo, non dono, sed dimitto cum filios vel filias suas quia nullam rationem in eos non habeo.

Ista hec omnia, sicut superius scriptum vel insertum est, precipio vobis ut donare faciatis, propter amorem Dei et propter remedium animas nostras, ut superius diximus in sanctis Dei ecclesiis, in sacerdotibus vel in pauperibus vel ubique dicitur largire, ut animas nostras iamdictas dignas in consortio efficiant beatorum ubi lux permanet et vita regnat in secula seculorum, amen. Et inantea iste brevis testamentum firmis permaneat omnique tempore, sicut superius scriptum vel insertum est.

Factum istum breve testamentum VIII kalendas septembris, anno XIII regnante Leutario rege, filio Ludoici.

Signefredus levita, qui hunc testamentum fieri voluit et fecit et firmare rogavit.

Quod superius erravimus, subterius emendavimus: ipsos L solidos de Albovino donare faciatis ad domum cenobium Sancti Petri apostoli ad Rodas, et ipsos C⁴ solidos de Guitardo ad cenobium Sancti Quirici, et alios C solidos de Seniofredo et Olibane ad cenobium Sancti Andree, et alios C solidos de Adone ad cenobium Sancti Genesii; et ipsum alode de Palatio Rodegario ad filio meo Ardmagno, et ipso manso de vicho Elna cum ipso ferraginale teneat et possideat, ad obitum remaneat ad domum Sancta Eulalia.

Teudericus presbiter, qui hunc testamentum scripsi et subscripsi die et anno quod supra.

1. firmum et stabilitum *repeteix* C. — 2. *Manca* [ti]. — 3. *Lectura dubtosa*. — 4. *Potser* MC.

449

[ABANS DE 9 SETEMBRE 967]

ELS COMTES GAUSFRED I AVA [DE ROSSELLÓ-EMPÚRIES] DONEN A LLUR FILL, EL BISBE SUNYER [D'ELNA], L'ALOU DE CÀNOES, AMB L'ESGLÉSIA DE SANT QUIRC I ELS SEUS DELMES I PRIMÍCIES.

Aquesta notícia consta en un document del 12 de juliol de 1036 publicat diverses vegades, últimament per MAGNOU-NORTIER, *Recueil*, núm. 96, pàgs. 146-147. Es tracta d'un document en el qual consta que l'abat Radulf de la Grassa i dos dels seus monjos presentaren als comtes d'Empúries Hug i Guilla i a llurs fills Ponç i Ramon la carta d'adquisició de l'alou i de l'església de Sant Quirc de Cànoes per part del bisbe Sunyer, per donació que li feren els seus pares, els comtes Gausfred i Ava, pares també del comte Hug. Pel que fa a la data del document present, vegeu el document següent.

(...) et ostenderunt nobis cartas donationis, unde acquisivit Suniarius episcopus alodem quae vocant Kanovas, cum ecclesia quae vocant Sancti Quirici cum decimis et primitiis et cum omni iure ecclesiastico, de Gaufrido comite, patre suo, et de matre sua, nomine Ava comitissa (...)

450

[10 SETEMBRE 966 - 9 SETEMBRE 967]

EL BISBE SUNYER [D'ELNA] DÓNA AL MONESTIR DE SANTA MARIA DE LA GRASSA L'ALOU DE CÀNOES, AMB L'ESGLÉSIA DE SANT QUIRC I ELS SEUS DELMES I PRIMÍCIES.

Aquesta notícia consta també en el document del 12 de juliol de 1036 esmentat en el document anterior i publicat per MAGNOU-NORTIER, *Recueil*, núm. 96, pàgs. 146-147. Hi consta que l'abat Radulf de la Grassa i dos dels seus monjos presentaren als comtes d'Empúries Hug i Guilla i a llurs fills Ponç i Ramon, a més de la carta d'adquisició de l'alou i de l'església de Sant Quirc de Cànoes per part del bisbe Sunyer, la carta de donació que en féu el bisbe susdit al monestir de la Grassa. Segons FORTANER, *Notice*, pàg. 67, aquesta donació tingué lloc l'any tretzè del rei Lotari: «La 13^e année du Roi Lothaire, il [Sunarius] fit don à cette abbaye [Ste.-Marie-de-la-Grasse] du fief de *Kanouas*, et de l'église de St.-Quirice». Si prenem com a inici del regnat d'aquest rei el 10 de setembre de 954, data de la mort del seu pare, Lluís d'Ultramar, l'any tretzè va del 10 de setembre de 966 al 9 de setembre de 967.

(...) et aliam cartam, quomodo dedit istum alodem supranominatum ad domum Sanctae Mariae coenobii quae vocant Crassa, totum et ab integrum, cum ecclesia quae vocant Sancti Quirici et cum decimis et primitiis sine ulla reservatione (...)

451

14 MAIG 968

TRASUAD DÓNA [AL MONESTIR DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ] UNA VINYA QUE TÉ A SAORRA.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 125, perdut. — B.* Extret del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 172, ex A. — C. Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 239, pàg. 74, peça 413, ex A.

El regest de Fossà, que completa la informació de l'extret parisenc, diu: «Autre (donation) d'une vigne *ibidem* (Sahorra), par Deinsubado, du 2 des ides de mai, année XIII du même règne (de Lothaire)».

In nomine Domini. Ego Trasaibado [...] [Savorra] [...].

Facta carta donationis helemosinaria II^e idus madii, anno XIII regnante Leutario rege, filio Leudevici.

[...].

452

4 AGOST 968

EL COMTE GAUSFRED [I DE ROSSELLÓ-EMPÚRIES] I EL SEU FILL SUNYER, BISBE [D'ELNA], RECONeixEN AL MONESTIR DE SANT PERE DE RODES LA PROPIETAT DE LES PESQUERES I DE L'ESTANY DE CASTELLÓ [D'EMPÚRIES], AMB LES SEVES TRES ILLES, SEGONS LA CONCESSIÓ QUE HAVIEN FET ANTERIORMENT A L'ABAT HILDESIND, CONFIRMADA PEL REI LLUÍS [IV] AMB UN PRECEPT. UN CERT ADALBERT, PERÒ, HO HA-

VIA IMPUGNAT. L'ABAT, EN OCASIÓ DE LA FESTA DE SANT PERE, SOTMETÉ LA QÜESTIÓ AL COMTE GAUSFRED I AL SEU FILL SUNYER, AL BISBE DE GIRONA ARNULF, AL VESCOMTE DE ROSSELLÓ ORUÇÓ, AL VESCOMTE D'EMPÚRIES ADALBERT I ALS ALTRES CLERGUES I PROHOMS QUE S'HAVIEN APLEGAT AL MONESTIR. LLEGIT EL PRECEPT REIAL, TOTS UNÀNIMAMENT LLOAREN LA DONACIÓ I RECONEGUEREN LA POTESTAT DEL MONESTIR.

Vegeu *Catalunya carolíngia. Els comtats de Girona, Besalú, Empúries i Peralada*, núm. 391, pàgs. 351-353.

453

20 DESEMBRE 968

CODARIC DÓNA AL MONESTIR [DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ] UNA VINYA QUE TÉ EN EL TERRITORI D'ILLA, A LA VALL DE LLOTES.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 87v, perdut. — B.* Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 239, pàg. 53, peça 237, ex A.

El regest de Fossà diu: «Donation faite au dit monastère par Codaric d'une vigne au terroir d'Ille, *in valle Lotas, ab omnem integritatem*, du XIII des kalendes de janvier année XIII du règne de Lothaire».

454

[ROMA,] DESEMBRE [968]

EL PAPA JOAN [XIII], A PETICIÓ DEL COMTE OLIBA [I DE Cerdanya-Conflemt] i DE L'ABAT GARÍ [DE CUIXÀ], CONFIRMA, TAL COM HO FEREN ELS SEUS ANTECESSORS I ELS REIS FRANCS, ELS BÉNS I LA IMMUNITAT DEL MONESTIR DE SANT MIQUEL I SANT GERMÀ [DE CUIXÀ], CONSIGNA L'INVENTARI DELS DITS BÉNS I CONSTATA LA SUBJECCIÓ DEL CENOBI A L'ESGLÉSIA ROMANA. ENTRE ELS BÉNS, ESMENTA L'ALOU DE CUIXÀ AMB LES VILLES DE CODALET, TAURINYÀ I CORTS, LES VILLES I ESGLÉSIES DE CLERÀ, CATLLÀ, TORRENT, TARERAC, MOSSET, LES FALGUERES, SORNIA I ELS ALOUS DE MOLIG, ARBOÇOLS, PLANIOLS I ENTRE-RIUS. TAMBÉ, DINS LA VALL DEL CONFLENT, LES VILLES DE FULLÀ, «SECUNDIANUM», CORNEL·LA, VERNET, CIRAC, RIÀ, NYER, EN, ÉVOL, JÚJOLS, CAMPELLES, FLAÇA, SAORRA, FILLOLS, TORRENT, PI, PORCINYANS I ESCARÓ. EN EL COMTAT DE FENOLLET, L'ESGLÉSIA DE SANTA CREU [DE VIRÀ]. EN EL COMTAT DE ROSSELLÓ, ELS ALOUS DE PERACALÇ, SANT FELIU, MILLARS, ILLA, TUÏR, VALLVENTOSA, CORBERA I NEFIAC. PER ÚLTIM, ENTRE EL VALLESPÍR I LA VALL DE CONFLENT, L'ALOU DE VALLMANYA.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 14, perdut. — B. Còpia en una butlla de Climent IV de 1267: Vaticà, Archivio Segretto, Registre de Climent IV, any III, tom. III, 4019. — C. Còpia del segle XIV, per Guillem Bedoc, «ex libro dicti monasterii intitulato: Liber diversas scripturas ad jurisdictiones abbatís monasterii Sancti Michaelis de Cuixano pertinentes» [Cartoral Menor]. — D. Còpia parcial del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 215v, ex A. — E. Còpia de Jacint Vilar, notari de Prada de Conflemt, de 1670, ex C. — F. Còpia de Josep Vilaroja, notari de Perpinyà, de 1679: Perpinyà, APO, sèrie H 66, pàg. 8, ex E. — G. Còpia anterior a 1740, ex O. — H. Còpia anterior a 1740, ex G. — I. Còpia de 1740: Codalet, Arxiu Municipal, ex H. — J. Còpia del segle XVIII: París, BN, Col. de Languedoc (Bénédictins), vol. 74, f. 286, ex a.

a.* *Marca hispanica*, ap. CXXXV, cols. 934-936 (amb data de 985), ex A. — b. BOUQUET, *Recueil*, vol. IX, pàg. 250, ex a. — c. COCQUELINES, *Bullarum*, vol. I, pàgs. 284-285, ex a. — d. MARINI, *I papiri diplomatici*, pàgs. 51-54, ex B. — e. MIGNE, *Patrologiae*, vol. 135, cols. 969-972, ex d. — f. FONT, *Histoire... de Cuxà*, pàg. 381, ex I. — g.* ABADAL, *Eixalada-Cuixà*, núm. 94, ex a i d.

RE: JAFFÉ, *Regesta*, núm. 3735 (2863).

Iohannes, episcopus, servus servorum Dei, dilecto nobis in Christo filio Warino, religioso abbati sacri monasterii Sancti Michaelis archangelis et Beati Germani, quod situm est in valle Confluenti et in loco qui [vocatur]¹ Coxanus, ac per te successoribus tuis regularibus abbatibus eiusdem monasterii in perpetuum apostolicam benedictionem et gratiam.

Cum magna nobis sollicitudinis cura insistas ad vigilandum pro universis ecclesiis Dei ne aliqua earum necessitatis iacturam in posterum patiatur, dignum duximus pietatis intuitu loca ad omnipotentis Dei honorem bene ordinata apostolici privilegii auctoritate muniri et cum omnibus que ad se pertinent rebus confirmari.

Igitur quia interventu Olibe, laudabilis et magnifici comitis, postulasti a nobis quatinus reconfirmaremus tibi tuisque successoribus regularibus abbatibus predictum monasterium quod suus frater bone memorie, comes Seniofredus, pro amore celestis patrie renovavit, dotavit et auxit, aggregatis monachis ad laudem et servitium celestis regis et honorem predictorum sanctorum, videlicet archangelis Michaelis et Germani confessoris, inclinati tuis eiusque precibus, idipsum venerabile monasterium super ripam Litterani fluminis constitutum, cum omnibus finibus et terminis suis omnibusque rebus mobilibus et immobilibus generaliter et integrum sibi pertinentibus, ad usum et stipendium regularium fratrum ibidem nunc et in posterum Deo servientium reconfirmamus, corroboramus et presenti protectione sub continua immunitate stabilimus, sicut a decessoribus nostris sanctis pontificibus atque christianissimis Francorum regibus videtur confirmatum seu corroboratum.

In primis villam Cotoleti et villam Tauriani cum ecclesia Sancti Fructuosi et omnibus rebus sibi pertinentibus. Item villam que dicitur Cortis et omnia posita inter nos affines in circuitu monasterii, id est, ab orientalis parte finis per summitatem serre que pergitur ad iugum de Cleirano et itur ad montem qui dicitur Lacarias, et sic ducitur per ipsum usque in montem qui dicitur Canegonis, et deinde ad meridiem descenditur per serram super locum qui dicitur Miliarias, et pervenitur ad crucem super villam que dicitur Curtis, deinde tenditur usque ad rupem sive cherum Clarinti, et venit per summitatem de serra usque in rivum Merdarium et ducitur usque fluvium qui dicitur Tede; et a parte circii, hoc est ab occidentali fronte, venit in stratam publicam quam dicunt Duas Sorores, et venit usque ad Litteranum per ipsam viam publicam; deinde a parte aquilonali sub Sancto Felice tenditur et pervenitur usque in alodem Sancte Marie. Item alibi ecclesiam Sancti Martini cum villa de Cleirano, cum finibus et aiacentiis suis. Item villam Castellani cum duabus ecclesiis ibi fundatis, hoc est, Sancti Andree et Beate Marie semper virginis, cum alode suo et cum decimis et primitis suis et cum omni ornatu earum; ipsa villa posita est intra fines sive adfrontationes, id est, ex una parte in terminum de Moligio vel in ipsa Petra ficta, et ex alia parte in ipsa arca de Casalone, et vadit per comam qua pergitur ad flumen Tede, de tertia parte habet ipsos casales de Mengone, item a quarta terminum de Canoa vel Petra ficta, et venit usque in flumen Tede. Et ultra ipsum flumen quantum tenebat Seniofredus comes in die obitus sui. Et villam Torrentis cum finibus et terminis sive adiacentiis suis, sicut per scripturam idem monasterium habere videtur. Villam Taresagii ex integro et alodem de Moligio quantum ipsi monasterio pertinet. Item quantum pertinet de alode Mosedo et quantum ei pertinet de alode de Arbuzolos, et Planizolos et Interrivos. Et

in villa Moseto, et in villa Felgaria, per fines et terminos suos. Item in villa Sauriniano ecclesiam Sancti Michaelis cum omnibus rebus ad se pertinentibus. In comitatu namque Feniliotensi confirmamus omnes res ipsi monasterio pertinentes. In valle Confluenti omnes res sibi pertinentes cum finibus et terminis suis. Item in comitatu Cerdaniensi villa Oruz cum villis et villarunculis suis et cum omnibus adiacentiis earum, et alodem de Anglos² cum ipso mercato et cum finibus et terminis suis. Villam Lagunam cum ecclesia Sancti Vincentii et cum finibus et terminis suis. Villam Balagarii cum ecclesia Sancti Thome et cum villis et villarunculis suis et cum omnibus terminis suis. Et villam Larem, Mazonculas, et Talaz, et Ozenias cum ecclesia Sancti Stephani; et Saltonem cum ecclesia Sancti Mauriti, et parrochiam Sancti Petri de Inforcato; et ecclesiam [Sancti]³ Salvatoris de Sponna cum decimis et primitiis suis; villam Vulcaria cum finibus suis; Aragolizam cum alode et ecclesiam Sancti Iacobi; Bulvir cum ecclesia Sancte Cecilie et cum ipso poio, parochia Sancti Thome que est in Ventegiola cum decimis et primitiis suis. Item omnes res ipsi monasterio pertinentes in comitatu Cerdaniensi cum finibus suis. Et in comitatu Bergedano alodem de Spongiola et Monte Nigro et omnes alodes ipsi monasterio pertinentes. Et in valle Confluyente villam Folianum, Secundianum, Cornelianum, Vernetum, Cirisacum, Arrianum, Anger, Henne. Et in villa Evulo, Iuliulo, Campilias, Flazanum, Saorra, Foliolum, Torrendum, et Pinum, Porcinianum, et Ascaronem, et omnes alias res eiusdem vestri monasterii positas in valle Confluyente. Item in comitatu Feniliotensi ecclesiam Sancte Crucis cum castello et omnibus rebus ad se pertinentibus. In comitatu Rosilionensi alodem de Petra calcis, Sancti Felicis, Miliarium, Insula, Tuvorium, Vallem Ventuosam, Corbariam, Nifiagum⁴, Poium Vuscani. Et in terminio de Valle Asperi et valle Confluenti ipsum alodem de Valle Magna cum fines et terminos suos. In comitatu Bisuldunensi alodem de Centenno cum finibus et terminis suis, vel in aliis locis posita. Item in comitatu Ausonensi alodem de Saliforas et alium alodem qui fuit Oddonis.

Hec igitur omnia que istis sive aliis vocabulis nuncupantur, et omnes res in quocunque loco positas que dici et nominari possunt et que nunc usque eidem monasterio pertinent et inantea per aliquod conquistum usque in finem seculi sive per litteras sive sine litteris pertinere debent, tibi predicto filio nostro Warino abbati successoribusque tuis omnimodo concedimus et per hanc nostram protectionem perenniter confirmamus, cum terris, vineis, campis, pratis, pascuis, silvis, ecclesiis, villis, casis, edificiis, curtis et incultis, aquis et aquimolis, decimis et primitiis et universis usibus et redditibus, cum servis et ancillis, aldionibus et aldeabus, et cum omnibus que dici et nominari possunt. Statuentes Dei et nostra auctoritate, immo et protestantes, ut nullus rex, nullus episcopus, nullus dux, nullus comes vel vicecomes, nullaque hominum magna vel parva persona audeat tibi et successoribus tuis violentiam aut contrarietatem aliquam facere de universis rebus que supra leguntur pertinentibus ipsi monasterio Beati Michaelis et Sancti Germani; neque alicui eorum liceat homines vestros liberos aut servos sine voluntate vestra molestare sive in servitum trahere, sed amodo et usque in finem seculi isdem vester locus cum omnibus que sibi nunc pertinent et inantea pertinere debent quiete et pacifice maneat sub ditione sancte Romane matris ecclesie, cuius iuris est, ad regularem et monasticam tranquillitatem, omnium hominum penitus et ubique contradictione remota.

Si quis autem, quod non credimus, huic nostro apostolico privilegio in aliquo contrarius esse presumpserit, nisi ex toto resipuerit, sciat se maledictum, reprobatum atque anathematizatum et a societate fidelium Christi et sancte Dei Ecclesia separatum, et cum omnibus impiis sine fine dammandum et perpetuo incendio cum Iuda traditore concremandum, ex auctoritate Dei omnipotentis et beati Petri apostolorum principis nostroque apostolico iudicio. Qui vero hec que a nobis decreta

sunt custodire et diligenter observare studuerit benedictionis gratiam a misericordissimo Domino per nostram et omnium sanctorum interventionem consequi mereatur et gaudia perpetua beatitudinis angelicis iunctus agminibus valeat feliciter obtinere.

Scriptum per manum Stephani, notarii regionarii et scriniarii sancte sedis apostolice, in mense decembrio, indictione duodecima.

Bene valete.

1. *Manca*. — 2. Anylos g. — 3. *Manca*. — 4. Nisiagum f.

455

[ROMA,] DESEMBRE [968]

EL PAPA JOAN [XIII], A PRECS DEL COMTE OLIBA [I DE Cerdanya-Conflent], QUE HA ACUDIT A PREGAR ALS SEPULCRES DELS SANTS PERE I PAU, CONCEDEIX AL MONESTIR D'ARLES, CONSTRUÏT PEL GERMÀ DE L'AVI DE L'ESMENTAT COMTE I SITUAT EN EL COMTAT DE ROSSELLÓ, EN EL VALLESPÍR, AL COSTAT DEL RIU TEC, LA IMMUNITAT I LA DEPENDÈNCIA DIRECTA DE LA SEU ROMANA.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia, potser del segle XIII, en un cartoral del monestir d'Arles, perdut. — B.* Còpia del segle XVII, de la mà de fra Guillem Costa: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, ff. 307v-308, «ex archivo Arulensis coenobii». — C. Còpia del segle XVIII: París, BN, Col. de Languedoc (Bénédictins), vol. 74, f. 269, ex a.

a. *Marca hispanica*, ap. CX, cols. 893-894, ex A (per mitjà de B). — b. *Gallia christiana*, vol. VI, *instrumenta ecclesiae Helenensis*, núm. VI, col. 480 (amb data de 879), ex a. — c. BOUQUET, *Recueil*, vol. IX, pàg. 178, ex a. — d. COCQUELINES, *Bullarium*, vol. I, pàg. 263, ex a. — e. MIGNE, *Patrologiae*, vol. 135, pàg. 967, ex c. — f. MONSALVATJE, *Monasterio de Santa María de Arles*, ap. XI, pàgs. 28-30, sense indicació de font (ex a). — g. *Catalunya Romànica*, vol. XXV, pàg. 68.

RE: JAFFÉ, *Regesta*, núm. 3734 (2862). — PONSICH, *Les origines*, pàgs. 80-83.

Cal fer notar que aquesta butlla situa el monestir d'Arles, amb el Vallespir, dins el comtat de Rosselló. Tanmateix els patrons laics del cenobi eren els comtes de Cerdanya-Conflent, atès que havia estat construït pel germà de l'avi del comte Oliba («constructum a fratre avi sui»), personatge que es pot identificar tant amb els comtes Miró el Vell i Radulf, els quals sembla que ho foren de Conflent i Rosselló, respectivament, com amb l'abat Sunifred d'Arles, germà d'ambdós comtes i de Guifré el Pelós. En qualsevol cas, la nova abadia d'Arles, successora de la que havia estat fundada als Banys d'Arles, devia haver estat bastida entre els anys 881 i 900.

Iohannes, episcopus, servus servorum Dei, universis Christi fidelibus presentibus et futuris salutem in Domino perpetuam.

Si semper concedenda sunt que piis desideriis congruum, quanto magis ea que pro divini cultus constantia pertinere noscuntur omnimodo non sunt neganda. Et ideo sciat omnium vestrorum bonitas atque industria quia vir Deum timens et inclitus comes, nomine Oliba, veniens oratum Romam ad beatissimorum apostolorum Petri et Pauli sacratissima corpora, postulavit a nobis ut monasterium quod vocatur Arules, constructum a fratre avi sui ad honorem Domini et semper virginis Dei Genitricis Marie, positum territorio comitatus Rossilionensis, in loco qui Vallis Asperi vocatur, iuxta rippam fluminis Theci¹, quod vulgaris nomine etiam nuncupatur [...]², sub et perpetua immunita-

te sanctorum patrum cum deffensione sancte nostre sedis apostolice manendum decernimus cum omnibus rebus et possessionibus sibi pertinentibus.

Unde inclinati precibus enim humilitatis, per hanc nostram apostolicam et inviolabilem preceptionem statuimus idipsum Dei Genitricis monasterium ex integro pro sua stabilitate perpetualiter ad dicionem atque tuicionem sancte matris Ecclesie persisti debere, confirmantes illi omnes res que iure et rationabiliter sibi a principio pertinent et usque in finem seculi pertinere debent in cellis, ecclesiis, ornamentis, sacris vasis, et utensilibus, in villis, casis, casalibus, servis, ancillis, liberis, et affrunciis, aquis, cum ipsis aquarum ex utraque parte ripparum verdigariis et circumiacenciis, et terris et aquimolis cum suis caputaquis et ipsis aqueductibus ac piscariis, omnibusque locis cultis et incultis, et cum universis usibus, redditibus seu decimacionibus, et tributis; promulgantes etiam hec omnia et quecumque legaliter dici et nominari possunt per fines et terminos suos inconcussa et indempnia manere ad dominium ipsius sacri cenobii et utilitatem regularis abbatis seu monachis ibidem Deo servientium.

Quoquo tempore nequaquam licentia sit alicui episcopo, duci, comiti aut ulle hominum magne parveque persone aliquid de omnibus que ei pertinent et inantea pertinere debent tollere aut violenter possidere sive in quoquam molestiam et contrarietatem facere; sed cuncta mobilia et immobilia generaliter et integro salva seu integra persistent ad usum et incrementum ipsius sacri monasterii seu protectione nostre sedis apostolice perpetuis temporibus presenti XII^a indicione. Dicimus etiam ut abbas qui ibidem pro tempore fuerit, si, quod absit, a regulare proposito et institutione beati Benedicti deviaverit, sive res monasterii eiusdem alienaverit, licentiam habeat predictus comes Oliba sive sui eundem abbatem expellendi foras et quod ab eo alienatum fuerit ad proprium ius revocandi, et pro ipso alium Deo dignum abbatem constituendi, approbata rei veritate. Constituentes apostolica censura sub divini iudicii obtestatione hec que a nobis decreta sunt perpetuis temporibus inviolabiliter ab omnibus observanda.

Si quis autem, quod non credimus, temerario ausu adversus huius nostre preceptionis seriem contraire presumpserit, sciat se, nisi resipuerit, iudicio Dei omnipotentis et predictae semper virginis Dei Genitricis Marie beatissimorumque apostolorum Petri et Pauli et omnium episcoporum nostreque apostolice humilitati auctoritate cum omnibus impiis perpetuo incendio et indissolubili anathemate dampnatum. At vero qui observator et custos eius in toto extiterit, gratia et misericordia a celesti rege obtineat, omniumque peccatorum suorum in presenti absolutionem et in futuro eternam gloriam cum sanctis angelis consequatur.

Scriptum per manum Leonis, notarii regionarii atque scriniarii sedis apostolice, in mense decembris et indicione XII^a.

+ Bene valete.

1. Thesi B. — 2. *Manca el nom vulgar.*

LLOP, PRIMICER I ARDIACA DE LA SEU DE TOLOSA, DÓNA AL MONESTIR DE SANT MIQUEL I SANT GERMÀ DE CUIXÀ, QUE REGEIX L'ABAT GARÍ, L'ESGLÉSIA DE SANTA MARIA DE TRAMESAIGÜES, EN EL PAGUS TOLOSÀ, ENTRE ELS RIUS ARIEJA I LHERS, AMB L'ALOU D'AMPOULHIAC I ALTRES DIVERSOS ALOUS I VINYES,

PERQUÈ HI POSI ELS MONJOS QUE PUGUIN MANTENIR-S'HI, ELS QUALS ROMANDRAN SEMPRE SUBJECTES A CUIXÀ.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia en un cartoral del monestir de Boulbonne, perdut. — B. Còpia del segle XVII: París, BN, Col. Doat, vol. 82, ff. 314-317v, ex A.

a. *Histoire générale de Languedoc*, vol. II, París, 1733, *preuves*, núm. CII (c), col. 118 (edició parcial), ex A. — b. *Gallia christiana*, vol. XIII, *instrumenta ecclesiae Tolosanae*, cols. 5-6, sense indicació de font (ex a). — c.* *Gallia christiana*, vol. XIII, *instrumenta ecclesiae Mirapicensis*, cols. 227-229, ex A. — d. *Histoire générale de Languedoc*, vol. V, Tolosa, 1875, *preuves*, núm. 116-III (edició parcial), ex a. — e.* ABADAL, *Eixalada-Cuixà*, ap. 95, pàgs. 200-201, ex B.

RE: MABILLON, *Acta sanctorum ordinis sancti Benedicti*, vol. VII, pàg. 277.

Priscorum patrum sagacitas et legum sancxit autoritas, divina quoque non renuit sed firmavit beatitas, ut omni homini fas et liberum¹ esset de facultatibus suis quod velit facere, tantum² ut si vendere dareve, aut pro animae suae salute sanctis Dei aliquid de suis oppidis vel agrorum fundis domibusve cuperet impertire, istud³ in cartula digestum ac testibus adstipulatum firmum permaneret in posterum, est exemplum ex hoc dominicum atque praeceptum omnimodis amplectendum.

Igitur nongentesimo⁴ et sexagesimo nono dominicae Trabeationis anno, indictione duodecima, cum iam mundus verteretur in senio et multorum refrigesceret caritas⁵, ego in Christi nomine Lupus, primicerius atque archidiaconus Sancti Stephani sedis Tolosae⁶, divino praemotus imperio cogitare coepi animo de examinis die atque extremo qualiter possem vada tetri Acherontis inlaesus transmeare et intra paradisi moenia perenniter laetare. Quamobrem facio cartam Sancto Michaeli et Sancto Germano quorum basilicae sunt fundatae in coenobio Coxano, qui est situs in valle Confluenti, super fluvium Litteranum et ad radicem montis Caniconi, de ipsos meos alodes qui sunt in pago Tolosano⁷ et in ministerio Agarnagense sive de Canneto seu de Lucianense vel de ipsa Puia⁸, id est ipse alodes qui est infra Ambas Aquas, id est, inter Aregia et Irce alba, cum ipsa ecclesia quae est in honore Sanctae Mariae, quod ego emi de Pontione vel de Teuderico presbitero, cum ipsa vinea quae est ultra Irce. Et in alio loco, ultra flumen Aregiae, ipsum alodem de Ampulliac⁹ quem adquisivi de Amelio Simplicio et de Amelio Nicetio¹⁰, totum et ad integrum. Et in alio loco ipsum alodem quem dicunt Teixonarias, cum ipsa ecclesia quae est fundata in honore Sancti Martini, quem adquisivi de Bolbona¹¹ et de Bernardo atque de Iuvolino et Eldiardo sive de Mancione, totum et ad integrum. Item in alio loco ipsum alodem de Curte Vetula cum ipso caput maso, cum terris et vineis et cum ipsa silva de Monte Ruco. Et in alio loco ipsa vinea Cudre. Et in alio loco ipsa vinea quae fuit de Mancione. Et in alio loco ipsa vinea de Cuntevolaria¹². Et in alio loco ipsas vineas quae sunt ad ipsa Faia. Et in alio loco ipsam medietatem de ipso alode qui est in alio Ampulliac¹³, quem adquisivi de Geraldo¹⁴ clerico et de Amelio Simplicio.

Quantum ego, iam supradictus Lupus, primicerius sedis Sancti Stephani urbis Tolosae¹⁵, in istis locis denominatis visus sum¹⁶ habere vel possidere¹⁷ totum et integrum, cum exitu¹⁸ et regressu earum, quaesitum vel ad inquirendum, divisum vel ad dividendum, cum omnia supraposita earum, id est in ecclesiis, in domibus, in curtibus, in terris, in vineis, in silvis et garricis, pomis, pomiferis, pratis, pascuis, molinariis, aquis aquarumque ductibus¹⁹ vel reductibus, tam rusticum quam et urbanum. Et advenit mihi ista omnia per adtractum scripturarum vel ex comparatione. Ista omnia superius scripta sic trado atque cedo ad praedictum coenobium Sancti Michaelis Coxani, ubi domnus Wari-

nus abba degere videtur cum monachis sub regula sancti Benedicti constitutis, propter remedium animae meae et animae senioris mei Hugoni²⁰ episcopi et animarum genitoris mei et genitricis meae et omnium parentorum meorum et cunctorum fidelium christianorum, ut omnes in istam eleemosynam participationem habeant et merces nobis ad crescat in die iudicii et participationem mereamur habere in consortio monachorum fideliter Deo famulantium. In ea vero ratione ut ipse abbas et alii qui futuri erunt monachos ibidem in illo loco constituent qui ibidem Deo serviant iuxta possibilitatem loci ipsius, et semper subiecti maneant²¹ ad supradictum Sancti Michaelis coenobium. Et oppono ego talem vinculum ut nullus abba neque monachus neque ullus comes, neque ulla potestas, neque ullus homo, neque ulla femina, vendere nec alienare, nec comutare, neque usum, neque fundum, neque ad sanctum, neque ad sanctam, neque ad hominem, neque ad feminam, licentiam non habeant. Et si aliquis homo aut femina hoc, quod absit, fecerit, licentiam habeat ille episcopus qui illo tempore fuerit in Sanctum Stephanum in urbe Tolosa²² istum praedictum alodem ad opus Sancti Stephani apprehendere, et donet centum solidos ad coenobium Sancti Michaelis de Coxano. Et dono ego, praedictus Lupus, ad supradictum coenobium Sancti Michaelis de Coxano casalem unum infra muros Tolosae²³, qui mihi advenit ex alode parentorum meorum. De repetitione vero si quis, ego aut ullus homo aut ulla persona fuerit, qui contra hanc chartam inquietare praesumpserit, quicumque hoc fecerit in primis iram Dei incurrat et a liminibus sanctae Dei Ecclesiae extraneus fiat et cum Iuda traditore participationem habeat.

Facta charta eleemosynaria ista idus iulii, sub die feria quinta, anno decimo quinto regnante Leutario rege.

+ Lupone, primicerio Sancti Stephani, qui hanc chartam scribere iussi et testes firmare rogavi. Sig+num Willabertus²⁴ levita. Sig+num Landericus²⁵. Sig+num Itarius. Sig+num Stephanus. Sig+num Eimo presbiter. + Odo decanus²⁶. + Elias paraфонista. + Rodaldus archiclavus²⁷ firmavit. + Willelmus de Leutria²⁸.

Ebulus presbiter atque monachus, qui hanc chartam rogatus scripsi, et cum literas rasas duas in octavo versu, sub die annoque quo supra.

1. et liberum] libera d. — 2. sanctum d. — 3. ipsud d. — 4. noningentesimo d. — 5. karitas d. — 6. Tholosae d. — 7. Tholosano d. — 8. Pina d. — 9. Ampuliaco d. — 10. Nigecio d. — 11. Balbonae d. — 12. Cuntevolarias d. — 13. Ampuliaco d. — 14. Geralló d. — 15. Tholosae d. — 16. sum *omet* d. — 17. suum *afegeix* d. — 18. exus d. — 19. aquarumque ductibus] aquarum viae ductibus d. — 20. Ugoni d. — 21. permaneant d. — 22. Tholosa d. — 23. Tholosae d. — 24. Willabertus d. — 25. Landericus d. — 26. + Odo decanus] Sig+num Odonis decani d. — 27. archiclaves d. — 28. + Willelmus de Leutria] Sig+num Willelmi d.

FRUJÀ I LA SEVA MULLER TOTADONA VENEN A MIRÓ UNES TERRES, VINYES I CASES QUE ELL HERETÀ DELS SEUS PARES EN EL COMTAT DE ROSSELLÓ, A LA VILLA DITA TORRELLES [DE LA SALANCA] I A BIGARANES [TERME DE SANTA MARIA LA MAR], PER L'EQUIVALENT DE TRENTA SOUS.

O.* La Seu d'Urgell, AC, perg. núm. 89. Al dors: «Rossello» (s. xvii).

a. BARAUT, *Els documents, dels segles IX i X*, núm. 158, pàg. 111, ex O.

In nomine Domini. Fruga [et]¹ uxori mea Totadonna tibi entori, Miro. Per anc scriptura vinditionis nostre vindimus tibi terras, vineas, kasas, casalibus, ortis, arboribus qui michi advenit de parentorum in comitato Rosselgo, in villa que dicitur Torrelgas et Vicaranas; et habent afrontationes: de I parte in ipsa mare, de alia in Tede, de III parte in villa Mutacones, de IIII part[e] in Aquilino. Quantum infra istas afrontationes includunt ipsa hec omnia ipsa mea portione ab intecro ubicumque invenire potueris, propter pre[cio]² placibile solidos XXX in rem valente. Aut ullus omo qui contra anc ista carta vinditionis venerit ad inrumpendum duplamus tibi componere faciamus. Ineante ista carta vinditionis firmis permaneat.

Facta karta vinditionis XV regnante Leodario rege.

Sig+ Fruga, Sig+ Totadonna, qui hanc vinditionis fecimus, testes firmare rogavimus. Sig+ Walaonso. Sig+ Bulgarane. Sig+ Eldefredo.

Bulgara presbiter rogitus scripsit SSS. die annoque supra.

1. Manca. — 2. Manca, per abreuvement.

458

15 SETEMBRE 969

ERMESÈN DÓNA AL MONESTIR DE SANT MIQUEL I SANT GERMÀ DE CUIXÀ ELS ALOUS QUE HAVIEN ESTAT DEL SEU MARIT GUANDALGOT EN LA VILLA DE SANT CEBRIÀ, COMTAT DE ROSSELLÓ, I EN LA VILLA DE PORQUERES, COMTAT DE BESALÚ; TAMBÉ LI DÓNA ELS ALOUS DE VILELLA I DE VALELLS, EN EL CONFLENT, PERÒ EN RETINDRÀ LA POSSESSIÓ MENTRE VIURÀ.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 31, perdut. — B. Extret del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 134, ex A. — C. Còpia del segle XVIII: París, Col. Moreau, vol. 10, ff. 177-178, ex A. — D.* Còpia del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 89, ex A.

a.* ABADAL, *Eixalada-Cuixà*, ap. 96, pàgs. 201-202, ex C.

In Dei nomine. Ego Ermesinda donatrix sum Deo et Sancti Michaeli et Sancto Germano quorum basilicae sunt sitae in cenobio Coxano, iuxta rivolum Litterani, alodes meos qui mihi adven-runt per filios meos Landericum et Seniofredum, propter remedium animae meae et animarum praedictorum filiorum meorum et anima senioris mei Guandalgaudi et animae nepotis¹ mei Guandalgaudi.

Quae sunt ipsi alaudes tam in comitatu Rossilionensi quam in comitatu Bisuldunensi quam et in valle Confluenti. Qui ipsi alaudes qui est in comitatu Rossilionensi, in villa Sancti Cipriani vel in eius terminis seu aiacentiis, id est casas, casalibus, curtis, curtalibus, ortis, ortalibus, et arbores cum arboribus, vineas, vinealibus, terris cultis vel incultis, omnia et in omnibus quantum ibidem habuit Guandalgaudus. Et habet affrontationes: de una parte in Becal, de alia in Palatiolo, de III in mare, de IIII^a in flumine Techo.

Et ipse alaudes qui est in Bisuldunense, in villa Porcharias, ipsam medietatem de ipso alode que fuit de marito meo Guandalgaudo, id est casas, casalibus, curtis, curtalibus, ortis, ortalibus, vineis, vinealibus, arbores cum arboribus, verdegariis, terras cultas et incultas, silvis, garricis, et cum ipsas

pischatorias, pratis et paschuis, vieductibus vel reductibus; et ipsum campum cum suis olivariis et aliis arboribus ab omni integritate; et affrontat haec omnia: de una parte in villa Vimeagi, de alia in villa Lomii, de III^a in villa Alba, de IIII^a in ipso stagno et in villa Mauregadi similiter. Haec omnia superius scripta sic dono ad praedictum cenobium ita ut ab odierno die et hora habitatores praedicti cenobi teneant et possideant et quidquid exinde facere vel diffinire voluerint liberam in Dei nomine habeant potestatem.

Et in valle Confluente, in villa Vilella vel in terminis eius, sic dono vineas VII; et sunt ex ipsis V in Pariete Romano et in Cassania I, et a parte Seniofredi I. Et ante ecclesiam Sanctae Eulaliae ipsos casales cum ipsis oliveriis et ipsum alaudem de Valillos cum sumi integritate, id est cum casis, casalibus, curtes, curtalibus, ortis, ortalibus, arboribus fructiferis et infructiferis, terras cultas et incultas, paschuis, silvis, garricis, vieductibus vel reductibus, cum exiis et regressiis eorum et earum ab omni integritate; et affrontat: de una parte in rivo Fagesso, de alia in area de Bulgarello, de alia in rivo Gardano, de IIII^a in ipsa gutinea ad Vineal. Quantum infra quatuor affrontationes includitur, id est ipsum alaudem de Valillos et ipsum alodem de Vilella, sic dono ad praedictum cenobium, in tale conventu istos duos alaude ut dum vixero teneam et possideam et per unumquemque annum donem ad domum Sancti Michaelis unam ceram, et post obitum meum remaneat ad domum Sancti Michaelis ab omni integritate. Quod si quis de erediis meis seu de quibuslibet hominum contra hanc cartam venire voluerit ad inquietandum, hoc minime valeat adipiscere sed coacte in valle praedicta omnia in duplo unacum libra de auro componat, et ista carta in omnibus firma persistat.

Facta carta donationis sive elemosinaria XVII kalendarum octobres, anno XVI regnante Leutario rege, filio Ledovici.

Sig+num Ermesinda, quae hanc cartam elemosinariam feci et testes firmare rogavi. Sig+num Riculfus. Sig+num Landericus. Sig+num Heofredius. Sig+num Ademirus. Si+num Iulianus.

Ebulus presbiter atque monachus, qui hanc cartam rogatus elemosinariam scripsi et subscripsi sub die et anno quo supra.

1. neptis D.

459

23 FEBRER 970

EITOR DÓNA A L'ESGLÉSIA DE SANT PERE DE TORRELLES UNA POSSESSIÓ QUE TÉ EN EL MATEIX TERME.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 66, perdut. — B.* Extret del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 149v, ex A. — C. Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 239, pàg. 34, peça 138, ex A.

El regest de Fossà, que completa la informació de l'extret parisenc, diu: «Donation faite à l'église de Saint Pierre de Torrelles par Ettore d'un tènement au même terroir, le 8 des kalendes de mars, année XVI du règne de Lothaire fils de Louis».

In nomine Domini. Ego Eitore [...].

Facta carta donationis VII kalendas marci, anno XIX regnante Leutario, filio Lodovici regi.

[...].

460

10 JUNY 970

ERMIGI DÓNA AL MONESTIR [DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ] L'ALOU QUE TÉ A LA VALL DE CERDANYA, EN EL LLOC ANOMENAT URÚS.

Vegeu *Catalunya carolíngia. Els comtats d'Urgell, Cerdanya i Berga*.

Regest ex Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 238, pàg. 36.

461

12 JULIOL 970

SESOVIJA DÓNA A L'ESGLÉSIA DE SANTA EULÀLIA D'ELNA, MARE DE TOTES LES ESGLÉSIES DEL ROSSELLÓ, DEL CONFLENT I DEL VALLESPÍR, L'ALOU QUE TÉ EN EL COMTAT DE ROSSELLÓ, DINS ELS TERMES DEL VIC D'ELNA, DE LA VILLA «SECURNIANO», ANOMENADA PALAU ROTGER [AVUI PALAU DEL VIDRE], DE LA VILLA DE RAÓ, ANOMENADA MONTESCABRE [AVUI MONTESCOT], I DE «RASTI» O DE LA VILLA POLLESTRES. FA LA DONACIÓ PER A REMEI DE LES ÀNIMES DE MALANYEU PREVERE, DELS SEUS FILLS ADALBERT I UGÓ, TOTS DIFUNTS, I DE LA SEVA. SE'N RESERVA L'USDEFUIT.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia de 1140-1147 en el Cartoral d'Elna, f. 200, perdut. — B. Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: París, BN, Col. Moreau, vol. 10, ff. 192-193, ex A. — C.* Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 25, *Recueil*, tom II, núm. 81, ex A.

RE: LACVIVIER, *Le cartulaire*, núm. 81, pàg. 328.

Scriptura series declarat ut quicumque enim vult evadere eterne suplicium, de rebus istis transitoriis debet sibi preparare viam salutis eterne. Hab hoc igitur ego, in Dei nomine, Sesoiga femina donatrix sum domum Sancte Eulalie, martira Christi, sedis Elenensis, matrem ecclesiarum Russulionensium adque valle Confluentium necnon et Valle Aspirensium, omnem alodem meum quem ego habeo in comitatu Ressonionense, infra fines et termines de vicho Elna, id est casas, casilibus, curtis, curtalibus, terras et vineas, ortis, ortalibus, omnia et in omnibus, quantum¹ quod ego infra fines et termines de vicho Elna abeo, sic dono a predicta ecclesia ab integre.

Et in alio loco, infra fines et termines de villa Securniano, cui alium nomen vocant Palatio Rodegario, similiter dono a predicta ecclesia domum Sancte Eulalie ipsum meum alodem quod ego ibidem habeo, totum et ab integre. Et in alio loco, infra fines et termines de villa Rodesadi, cui nomen vocant Monte Scaprii, similiter dono ego Sesoigia femina a predicta ecclesia ipsum meum alodem quod ego ibidem habeo, totum et ab integre. Et in alio loco, infra fines et termines de Rasti vel de villa Polestros, similiter dono a predicta ecclesia omnem alodem meum quod ego habeo ibidem in eius fines et termines.

Et advenit michi hec omnia superius scripta in iamdictis locis tam per parentorum quam per ex-comparatione sive per qualicumque adquisitione, omnia et in omnibus, sicut superius resonat vel scriptum est, sic dono adque trado ad domum Sancte Eulalie, martira Christi, ab omnem integritatem, cum exiis et regressis earum et cum illorum affrontationes, pro timore Dei et pro redemptione

anime Malangeici presbiteri, qui fuit condam, vel de filios meos Adalberti et Ugone, qui fuerunt condam, vel de me donatrice, Sesoigie femina.

Quod si ego donatrix aut ullus homo qui contra ista scriptura donationis venerit pro irrumpendum, hoc quod querit non appetat sed in duplo vel triplo componere faciat ista omnia, sicut superius est reiteratum, ad domum Sancte Eulalie, martira Christi. Et inantea ista scriptura donationis firma et stabilis permaneat omnique tempore. Ea vero videlicet ratione servata: ut dum ego Sesoigia femina viva fuero, teneam et possideam et exfructare faciam cunctis diebus vite mee; post obitum vero meum remaneat ad domum Sancte Eulalie, sicut superius est pernotatum.

Facta ista scriptura donationis sub die IIII idus iulii, anno XVI^o regnante Leutario rege, filio Leudevici regis.

Sig+num Sesoigia femina, qui ista scriptura donationis scribi fecit et testes firmare rogavit. Sig+num Teudemares. Sig+num Adalbertus. Pontius presbiter.

Stephanus presbiter, qui ista donationis scripsit et subscripsit die et anno quo supra.

1. quantum, *repeteix* C.

462

I

[ROMA, GENER 971]

EL PAPA JOAN [XIII], EN BUTLLA ADREÇADA ALS BISBES GUI SAD D'URGELL, PERE DE BARCELONA I SUNYER D'ELNA, ELS NOTIFICA QUE HA UNIT ELS DRETS METROPOLITANS DE LA SEU DE TARRAGONA A LA D'OSONA I QUE N'HA NOMENAT ARQUEBISBE EL BISBE D'AQUESTA SEU, ATÓ, AL QUAL HA LLIURAT EL PALLI.

Vegeu *Catalunya carolíngia. Els comtats d'Osona i Manresa*, núm. 1088, pàg. 792.

II

[ROMA,] GENER [971]

EL PAPA JOAN [XIII], EN BUTLLA ADREÇADA A SUNYER, BISBE [D'ELNA], I AL SEU PARE, EL COMTE GAUSFRED [I DE ROSSELLÓ-EMPÚRIES], AIXÍ COM AL POBLE, A L'ARDIACA I ALS ALTRES CANONGES DE GIRONA, ELS FA SABER QUE HA UNIT ELS DRETS METROPOLITANS DE LA SEU DE TARRAGONA A LA D'OSONA, DE LA QUAL HA NOMENAT ARQUEBISBE EL BISBE ATÓ I L'HA CONSTITUÏT PROVISOR DE LA SEU DE GIRONA.

Vegeu *Catalunya carolíngia. Els comtats de Girona, Besalú, Empúries i Peralada*, núm. 406, pàgs. 360-361.

463

7 NOVEMBRE 971

A PETICIÓ DE L'ABAT GUIMERÀ [DE SANT GENÍS DE FONTANES], QUE CONFESSA HAVER PERDUT LES ESCRITURES DEL MONESTIR PER CULPA DE LA SEVA NEGLIGÈNCIA, ELS JUTGES SUNIFRED, OLIBÀ I ADROER

DETERMINEN, EN PRESENCIA DEL BISBE SUNYER D'ELNA, QUINES ESGLÉSIES, HISENDES I POSSESSIONS PERTANYEN AL DIT CENOBI.

[O]. Original perdut, probablement el document vist al segle xvii a Sant Genís de Fontanes, AM. — A.* Regest del segle xvii: París, BN, Col. Baluze, vol. 108, f. 125.

RE: *Catalunya carolíngia. Els diplomes carolingis a Catalunya*, pàgs. 205-209 (amb data de 972).

El text del regest del segle xvii diu així: «En quin any es estat fundat lo monastir de S. Genís nos pot treure clarament dels actes y escrits del archiu de aquesta casa, sols consta de un acte fet a 7^o idus novembris anno 18 regnante Lothario, filio Ludovici regis, que seria lo any de 846, que instant serts jutges dits Sunefredo, Oliva y Adruario, in presentia Suniarii episcopi sedis Elenensis y de altrs molts personas de probitat, axí ecclesiasticas com seculars, dels quals noms se colige eran godos, y encara de las ultimas clausulas del acte es troban estas paraulas: *Et nos iudices postquam audivimus tanta rei novitatis bene novimus, altercavimus inter nos et perquisivimus in lege gotorum et invenimus in Lib. 7^o Tl^o 5^o Era 6^a et paulo inferius citat altera legum gottorum Lib. 2^o Tl^o 4 etc.*, per a determinar y judicar que esglesias, hacienda y possessions eran de aquest monastir per haver perdut lo abat Guimara las escripturas per sa negligencia. Ab tot senyalar per fundador dest monastir a Sentimiro referint lo privilegi que havia donat Ludovico, pare de Lothario, anno sexto sui imperii, que seria lo any de 823 per esta forma». Segueix amb l'encapçalament del precepte de l'any 819 (Doc. 12), fins al mot «*dubitamus*», després del qual afegeix: «*Et resonabat in ipsa scriptura preceptum regale quod Guimera perdidit pro sua negligentia: Notuit clementie nostre*». Prossegueix amb el text del precepte del 819 i després afegeix: «Cassi las mateixas paraulas posa en altre privilegi lo emperador Lothari fill de Ludovico». Per últim copia un fragment del precepte de l'any 834 (Doc. 19).

464

22 GENER 972

BERNAT, BISBE [DE COSERANS], CONSAGRA, A PETICIÓ DE L'ABAT GARÍ [DE CUIXÀ], L'ESGLÉSIA DE SANTA MARIA [DE TRAMESAIGÜES] AMB PERMÍS DEL BISBE UGÓ DE TOLOSA. AMB AQUEST MOTIU ÉS CONFIRMADA AL MONESTIR DE CUIXÀ LA DONACIÓ QUE EL PRIMICER I ARDIACA LLOP LI HAVIA FET D'AQUESTA ESGLÉSIA.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia en un cartoral del monestir de Boulbonne, perdut. — [B]. Còpia en pergami al monestir de Boulbonne, perduda. — C. Còpia del segle xvii: París, BN, Col. Doat, vol. 82, f. 344v, ex B.

a.* *Gallia christiana*, vol. XIII, *instrumenta*, col. 229, ex A. — b.* ABADAL, *Eixalada-Cuixà*, ap. 97, pàgs. 202-203, ex. C.

La donació de l'església de Tramesaigües al monestir de Cuixà havia estat feta el 15 de juliol de 969 (Doc. 456).

Anno DCCCCLXXII¹, indictione I², Trabeationis Domini nostri Iesu Christi, XI³ kalendas februarii, feria IV⁴, quomodo⁵ iussit Garinus abbas Bernardo praesuli dedicare ecclesiam quae est fundata in honore Sanctae Mariae virginis, cum iussione Hugonis, pontificis sedis Tolosae⁶, propter remedium animae Luponi archidiaconi sive primiscerii Sancti Stephani, qui hanc ecclesiam vel caeteros alodes vel ecclesias tradidit Deo vel sancto Michaeli archangelo⁷ sive sancto Germani confessoris monasterio de Coxano.

Confirmamus illi⁸ titulum traditionis vel donationis, ut nulli unquam hominum liceat hunc locum usurpare neque minuere, neque calumniam facere, neque ad hunc locum⁹ dominium quod¹⁰ iure pertinere videtur. Et quicumque¹¹ hanc confirmationem vel excommunicationem¹² irrumpere voluerit, sint separati a liminibus sanctae Ecclesiae Dei vel a consortio bonorum hominum¹³; et accipiant damnationem cum impiis et sceleratis in infernum, nisi cum satisfactione emendaverint. Et quicumque hunc locum adcreverint vel honoraverint de beneficiis suis, accipiant haereditatem regni coelestis¹⁴ et Dei et audiant illam vocem quam Dominus dicturus erit in die iudicii: «Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi»¹⁵.

Facta carta¹⁶ donationis huius XI¹⁷ kalendas februarii, anno XVIII¹⁸ regnante Leutario rege, filio Ludovici.

1. noningentesimo septuagesimo nono b. — 2. quarta b. — 3. undecimo b. — 4. sexta b. — 5. quod b. — 6. Tholosanae b. — 7. *Omet* b. — 8. hoc b. — 9. usurpare neque minuere, ... ad hunc locum *omet* b. — 10. vel b. — 11. qui b. — 12. excommunicationem b. — 13. omnium b. — 14. Christi b. — 15. Mat. 25, 34. — 16. dote b. — 17. undecimo b. — 18. decimo octavo b.

465

4 MARÇ 972

HOM FA UNA DONACIÓ [AL MONESTIR DE SANTA MARIA D'ARLES].

[O]. Original perdut. — [A]. Regest, potser de 1586, en l'Inventari de l'arxiu del monestir d'Arles fet per Agullana, pàg. 47 N. — B.* Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 237, ex A.

El regest de Fossà diu: «Alia (donatio); 4 nonas martii, anno 18 regnante Leutario rege».

466

2 MAIG 972

RAMIR I ELS ALTRES MARMESSORS D'ENRIC DONEN AL MONESTIR [DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ] UNA VINYA EN EL TERME D'ILLA, EN EL LLOC ANOMENAT «MONTE NERO».

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 87v, perdut. — B.* Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 239, pàg. 53, peça 234, ex A.

El regest de Fossà diu: «Donation faite par *Ranimirus* et les autres exécuteurs testamentaires du nommé Henri, au dit monastère, d'une vigne au même terroir d'Ille, lieu dit *Monte Nero*, du 6 des nones de mai, année XVIII du règne de Lothaire fils de Louis».

467

8 MAIG 972

DOLCET, MARMESSOR DE SUNYER, DÓNA [AL MONESTIR DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ] UNA VINYA QUE EL DIFUNT TENIA A SAORRA.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 125v, perdut. — B.* Extret del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 172, ex A. — C. Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 239, pàg. 74, peça 415, ex A.

El regest de Fossà, que completa la informació de l'extret parisenc, diu: «Autre (donation) par Dolohidus, exécuteur testamentaire du nommé Sunier, d'une vigne *ibidem* (Sahorra), du VIII des ides de mai, année XVIII du règne de Lothaire».

In nomine Domini. Ego Dolohidus [...] [Saorra] [...].

Facta ista scriptura helemosinaria VIII^o idus madii, anno XVIII regnante Leutario rege, filio Leudevici.
[...].

468

26 JULIOL 972

GIBERT DÓNA A L'ESGLÉSIA DE SANTA EULÀLIA DE LA SEU D'ELNA, MARE DE TOTES LES ESGLÉSIES DEL ROSSELLÓ, DEL VALLESPÍ I DEL CONFLENT, I AL BISBE SUNYER DE L'ESMENTADA SEU, L'ALOU QUE TÉ EN EL COMTAT DE ROSSELLÓ, EN EL TERME DE LA VILLA TANYÀ [TERME DE LA ROCA D'ALBERA], AL PEU DEL MONT ALBERA, ADQUIRIT AL BISBE GUADALL PER PERMUTA. FA LA DONACIÓ AMB EL PACTE DE TENIR L'USDEFUIT VITALICI D'AQUEST ALOU I EL DE LA VILLA «SENATORIS».

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia de 1140-1147 en el Cartoral d'Elna, f. 169, perdut. — B. Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: París, BN, Col. Moreau, vol. 11, ff. 45-46, ex A. — C.* Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 25, *Recueil*, tom II, núm. 83, ex A.

RE: MONSALVATJE, *El obispado de Elna*, tom I, pàg. 139 (amb data de 26 agost). — LACVIVIER, *Le cartulaire*, núm. 83, pàg. 329 (amb data de 25 juliol).

In nomine Domini. Ego Guidbertus donator sum domum Sancte Eulalie sedis Elenensis, mater ecclesiarum Russulionensium seu Valle Aspirensium necnon et valle Confluentium, seu ad domno Soniario, gratia Dei sedis Elenensis episcopo, vel successores Sancte Eulalie martiris. Sic dono vobis ipsum meum alodem quem ego habeo in comitatu Russulionense, infra fines et terminum de villa Tagnano, qui est ad radicem montis Albarica, vel intus in ipsa villa cum ipsa claustra qui ibidem esset, cum ipsos verdegarios, vel cum ipso vivario, id est casas, casalibus, curtes, curtalibus, ortis, ortalibus, terras et vineas, pratis, pascuis, silvis, garricis, aquis aquarum, vieductibus vel reductibus earum, molendinis cum illorum cursu et decursu, et cum ipsa oliveta vel ceteris arboribus pomiferis vel inpomiferis, ficulneis, glandiferis, oglatis, tam rusticum quam et urbanum, omnia et in omnibus quantum quod ego ibidem habeo pro scriptura comutatio quod michi fecit Guadalldus episcopus, qui fuit condam, cum exiis et regressiis earum, et cum illorum affrontationes vel cum omni fundamenta vel superposita eorum, vel com omni limita earum.

Ista omnia, sicut superius est scriptum, sic dono a predicta ecclesia, seu a domno Soniario, gratia Dei presul, vel ad successores eorum, ab integre, sicut superius est reiteratum; quando videlicet ratione servata, ut dum ego vivus fuero, teneam et possideam et exfructare faciam cunctis diebus vite mee. Et vos scriptura ususfructuarium michi faciatis de ipsum alodem que dicunt villa Senatoris;

post obitum vero meum pervenire faciat ista scriptura cum ipsos alodes a domum Sancte Eulalie martira vel ad ipsos successores, qui ad eo tempore ibidem misericordiam Deo deprecantes erunt.

Quod si ego donator aut ullusque homo qui contra ista scriptura donationis venerit ad pro inrumpendum, quantum ad eo tempore hec omnia superius scripta melioratum fuerit in duplo vobis componere faciat. Et inantea ista scriptura donationis firma et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta scriptura donationis VII kalendas augusti, anno XVIII regnante Leutario rege, filio Ludoici regis.

Sig+num Guidbertus, qui ista donacione scribere fecit et testes firmare rogavit. Francho presbiter. Signefredus levita. Sig+num Teudivares.

Stephanus presbiter, qui ista scriptura donationis scripsit et subscripsit die et anno quo supra.

469

30 JULIOL 972

AVA, COMTESSA [DE ROSSELLÓ-EMPÚRIES], I EL SEU FILL SUNYER, BISBE D'ELNA, DONEN A L'ESGLÉSIA DE SANTA EULÀLIA D'ELNA, MARE DE TOTES LES ESGLÉSIES DEL ROSSELLÓ, DEL VALLESPÍR I DEL CONFLENT, L'ALOU QUE TENEN EN EL COMTAT DE ROSSELLÓ, A TRULLARS, AMB LES VILLES, ELS VILARS I L'ESGLÉSIA DE SANT ACISCLE.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia de 1140-1147 en el Cartoral d'Elna, f. 20 (llibre 1, carta 26), perdut. — B.* Còpia de mitjan segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 108, ff. 91-92, ex A. — C.* Còpia de mitjan segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 108, ff. 147-148, ex A. — D. Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: París, BN, Col. Moreau, vol. 11, ff. 47-49, ex A. — E.* Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 25, *Recueil*, tom II, núm. 82, ex A. — F. Còpia del segle XVIII: París, BN, Col. de Languedoc (Bénédictins), vol. 74, ff. 271-272, ex a.

a. BALUZE, *Capitularia*, París, 1677, vol. II, ap. CXLIV, cols. 1543-1544, i Venècia, 1773, vol. II, ap. CXLIV, cols. 1019-1020, ex A (per mitjà de B o C). — b. MANSI, *Sacrorum conciliorum*, vol. XVIII, ap. CXLIV, cols. 1019-1020, ex a.

RE: *Gallia christiana*, vol. VI, cols. 1037-1038. — MONSALVATJE, *El obispado de Elna*, tom I, pàg. 139. — LACVIER, *Le cartulaire*, núm. 82, pàg. 329.

Scripturarum series declarat ut quicunque enim vult evadere eternum suplicium de rebus istis transitoriis debet sibi preparare viam salutis eternę. Ob hoc igitur, ego in Dei nomine Ava comitissa¹ et filius meus nomine Soniarius, gratia Dei sedis Elenensis presul, donatores sumus ad domum Sanctę Eulalię martiris, matris ecclesiarum Russilionensium² et³ Valle Aspirensium necnon et valle Confluentium. Sic donamus nos iam predicti, ego Ava comitissa et domnus Soniarius, gratia Dei sedis Elenensis⁴ episcopus, sic donamus ipsum nostrum alodem quem nos habemus in comitatu Russilionensi⁵, quem nuncupant nomine Troliars, ad iam predictam ecclesiam Sanctę Eulalię martiris. Et advenit mihi⁶, ad me iamdictam Avam comitissam, ipse alodius superius prescriptus tam per parentum vocem quam per excomparationem aut per excomutationem sive per donationem aut per impignoracionem vel per qualemcunque acquisitionem, et mihi Soniario episcopo advenit per donationem de genitrice mea iam superius prescripta, nomine Ava comitissa.

Et habet ipse alodius nomen⁷ Troliars, cum ipsas villas vel cum ipsos villares vel cum ipsa ecclesia quam nuncupant Sanctum Aciscum martirem, affrontationes et terminos: de oriente in ipso Rivo Arido ubi⁸ fundata esse dinoscitur ipsa ecclesiola cui dicunt⁹ nomen¹⁰ Sanctae Eulaliae, et collaterat vel subiungit usque ad ipsas termines de Asiniles vel de Candello quod est de cenobio Sancti Andreae apostoli; de meridie affrontat vel collaterat usque in ipsum locum ubi vocabulum est Fontem Genesii; de occiduo affrontat vel subiungit atque collaterat in ipsas affrontationes vel termines de Terrados et percurrit usque ad ipsum locum ubi vocabulum est ad ipsa Vassa; de circio affrontat in ipsa Guardia que est in ipso terminio de Pontiliano et collaterat ad ipsam Ribam¹¹ fractam vel subiungit in ipso Rivo Arido qui exinde pergit.

Quantum infra istas quatuor affrontationes vel collaterationes¹² atque subiunctiones per girum atque per circuitum earum pertinet¹³ vel pertinere debet¹⁴, sic donamus nos iam suprascripti, ego Ava comitissa et filius meus gratia Dei sedis Elenensis¹⁵ nomine Soniarius presul, ad domum Sanctę Eulalię martiris ipsum alodem superius scriptum cum ipsa villa vel cum ipsa ecclesia, id est casas, casalibus, curtis, curtalibus, hortis, hortilibus, terris et vineis, vinealibus, petris, puteis, fontibus, pratis, pascuis, silvis, garricis, aquis aquarumve, ductibus vel reductibus earum, oglatis tam rusticum quam urbanum; seu et ipsa ecclesia Sancti Aciscum cum ipsas primitias et ipsas decimas vel panes propositionis vel cum ipsas redibitiones quas ipsa ecclesia habet vel habere debet omnia et in omnibus sicut superius resonat. Sic donamus ad predictam ecclesiam Sanctę Eulalię martiris, cum omni integritate, cum exitibus et regressibus earum, et cum omnibus fundis vel superposita earum vel cum omni limite earum, totum et ab integre.

Quod si nos donatores aut ulla secularis potestas tam laicorum quam clericorum aut sexus feminarum qui de ea demere de hac ecclesia aliquid abstrahere voluerit, in primis iram Dei omnipotentis incurrat et a liminibus sanctę Dei Ecclesię et a collegio omnium christianorum habeantur extranei et cum Datan et Abiron simul habeant participationem. Et hoc quod querit non appetat sed in duplo vel in triplo componere faciat ad domum Sanctę Eulalię martiris vel ad ipsos assistentes qui a dicto tempore misericordiam Dei deprecantes erunt. Et inantea ista scriptura donationis firmam et stabile habeat velle atque robur. Ea vero ratione videlicet servata, ut dum ego Ava comitissa viva fuero, teneam et possideam et exfructare faciam cunctis diebus vite meae; post obitum vero meum pervenire faciat ipsos alodes sicut superius est reiteratum ad domum Sanctę Eulalię martiris pro timore Dei et pro redemptione anime meę vel pro redemptione anime domni Soniarii, gratia Dei sedis Elenensis¹⁶ theologi, ut post huius vite labentis cursum reddere ei faciat Deus omnipotens premium eternum cum corona glorie in resurrectione iustorum ubi semper fulgent sancti ante conspectum Dei.

Facta ista scriptura donationis sub die III^o ¹⁷ kalendas augusti, anno X^oVIII^o ¹⁸ regnante Leutario rege, filio Ludovici regis.

Sig+num Ave comitisse, que istam donationem feci et testes firmare rogavi. Suniarius episcopus +. Volveraldus archilevita SSS. + Volveraldus levita SSS. + Seniuldus levita. + Amalricus levita. + Gotteredus¹⁹ presbiter. + Wisadus levita. + Pontius archilevita. + Auriolus levita.

Stephanus presbiter, qui istam scripturam donationis scripsit sub die et anno quo supra.

1. commitisa B. — 2. Rossilionensium B. — 3. seu B. — 4. Helenensis E. — 5. Rossilionensi B. — 6. enim C. — 7. nomine B. — 8. hubi B. — 9. dicitur C. — 10. nomine B. — 11. rivam CE. — 12. collataciones C. — 13. pertinent B. — 14. debent B. — 15. Helenensis E. — 16. Helenensis E. — 17. tercio E. — 18. decimo octavo E. — 19. Cibtereus C, Gotfredus E.

470

26 DESEMBRE 971 o 972

HOM VEN AL COMTE OLIBA [I DE Cerdanya-Conflent] UNES TERRES SITUADES EN EL SUBURBI D'ELNA, A LA VALL DEL CONFLENT.

[O]. Original perdut, probablement el pergamí que es conservava a Ripoll, AM, a principis del segle XIX. — A.* Regest de principis del segle XIX, fet per R. d'Olzinelles: Vic, AE, Mensa, llig. 2059, plec VIII, f. 10.

El regest d'Olzinelles diu així: «Venta al Conde Oliba de tierras en el suburbio de Elna, valle del Conflent; 7 [calendas] Enero año 18 o 19 de Lotario».

471

15 MARÇ 973

RADULF I LA SEVA ESPOSA GUILLA DONEN AL MONESTIR [DE SANT MIQUEL] DE CUIXÀ UNA VINYA QUE TENEN A CUIXÀ.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 72v, perdut. — B.* Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 239, pàg. 39, peça 170, ex A.

El regest de Fossà diu: «Donation faite par Radulfe et son épouse Gile au dit monastère de Cuxa d'une vigne à Cuxa; des ides de mars année XIX du règne de Lothaire fils de Louis».

472

15 MAIG 973

ROMELLA I EL SEU FILL ADALBERT, LEVITA, DONEN A L'ESGLÉSIA DE SANTA EULÀLIA D'ELNA L'ALOU QUE TENEN EN EL COMTAT DE ROSSELLÓ, A VILAMULACA, PERÒ SE'N RESERVEN L'USDEFUIT MENTRE VISQUIN.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia de 1140-1147 en el Cartoral d'Elna, f. 92v, perdut. — B. Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: París, BN, Col. Moreau, vol. 11, ff. 77-78, ex A. — C.* Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 25, *Recueil*, tom II, núm. 84, ex A.

RE: LACVIVIER, *Le cartulaire*, núm. 84, pàg. 329.

Scripturarum series declarat ut quicumque enim vult evadere¹ eternum suplicium de rebus istis transitoriis debet sibi preparare viam vite eterne. Ad hoc ego, in Dei nomine, Romelles femina et filius meus nomine Adalbertus, levita, donatores sumus domum Sancte Eulalie sedis Helenensis, matrem omnium ecclesiarum Russilionensium seu Valle Aspirensium necnon valle Confluentium.

Donamus nos iam predicti ad iam predicta ecclesia Sancta Eulalia alodem nostrum que nos habemus in comitatu Rossilionense, in villa Mulaca vel infra eius fines et termines, id est in casas, casalibus, curtis, curtalibus, ortis, ortalibus, terras et vineas, pratis, pascuis, silvis, garricis, aquis aquarum, vieductibus vel reductibus earum, cultum vel incultum, tam rusticum quam urbanum, oglatis, omnia et in om-

nibus, sicut superius dicit, sic donamus a predicta ecclesia nos iam superius scripti ab omnem integritatem, cum exiis et regressiis earum et cum illorum affrontationes et cum omni limita earum vel cum omni fundamenta vel superposita earum. Et advenit nobis hec omnia superius scripta per scripturam emptio- nis quod nobis scribere fecit Eudalecus presbiter et manu sua subscripsit et testes ad roborandum tradit.

Quod si nos donatores aut ullus homo vel sexus feminarum qui contra ista scriptura donationis ve- nerit pro inrumpendum, hoc quod querit non appetat sed in primis iram Dei omnipotentis incurrat et a liminibus sancta Dei Ecclesia extranei sint, et cum Datan et Abiron et cum Iuda traditore abitatio- nem abeat. Et inantea ista scriptura donationis veram habeat vellem adque robur. In eius vero videli- cet ratione, dum ego Romelles femina et filius superius prenominatus, nomine Adalbertus levita, nos vivi fuerimus, teneamus et possideamus et exfructare faciamus cunctis diebus vitae nostrae; post obi- tum vero nostrum perveniant ista omnia superius reiterata in cultum Dei et obsequium domum Sancte Eulalie pro timore Dei et pro redemptione anime Eudaleco presbitero et pro redemptione animas nostras, de nos iam superius scriptos, ut nos veniam mereamur accipere a tribunal Christi, amen.

Facta ista scriptura donationis subtus die idus madi, anno XVIII regnante Leutario rege, filio Ludoici regis.

Sig+num Romeldes femina, Adalbertus levita, nos qui ista scriptura donationem fecimus et tes- tes firmare rogavimus. Sig+num Aster. Sig+num Folcradus. Sig+num Salomon. Auriolus levita. + Giscafredus levita.

+ Stephanus presbiter, qui ista scriptura donationis scripsit et subscripsit die et anno quod supra.

1. evadere, *repeteix* C.

473

11 JUNY 973

GUILLEM FA UNA DONACIÓ AL MONESTIR DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 43v, perdut. — B. Extret del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 138, ex A.

a.* ABADAL, *Eixalada-Cuixà*, núm. 98, pàg. 203, ex B.

In nomine Domini. Ego Guillelmus [...] ad domum Sancti Mikaelis cenobii Cuxano [...].
Facta karta ista donatione III idus iunii, anno XVIII regnante Leutario rege, filio Ludevici rege.
[...].

474

11 JUNY 973

GUINEDELLA DÓNA [AL MONESTIR DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ] UNS ALOUS AL VALLESPÍR, A LA VILLA ILLA.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XIV en el Cartoral Menor de Cuixà, núm. 40, perdut. — B.* Re- gest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 238, pàg. 14, ex A.

El regest de Fossà diu: «Donatio facta per Guinedeldis foemina de alodiis in Valle¹ Asperi, in villa Insula, 3 idus iunii, anno 19 regnante Leutario rege».

1. Villa, *per error*.

475

20 OCTUBRE 973

LA DEVOTA ELLÓ DÓNA A L'ESGLÉSIA DE SANTA EULÀLIA [D'ELNA], MARE DE LES ESGLÉSIES DEL ROSSELLÓ, DEL CONFLENT I DEL VALLESPÍR, I AL BISBE SUNYER DIFERENTS BÉNS IMMOBLES QUE TÉ EN EL COMTAT DE ROSSELLÓ, EN EL TERME DE LA VILLA BRULLÀ, EN ELS LLOCS ANOMENATS «PUIO AURILO» I DARNAC; EN EL VIC D'ELNA, TANT EN EL MERCADAL COM A L'ALTRA BANDA DEL RIU TEC; EN EL LLOC ANOMENAT LA SALANCA; I AL VALLESPÍR, EN EL TERME DE LA VILLA OMS, A LA COSTA. TAMBÉ ELS DÓNA ALTRES BÉNS QUE TÉ EN EL COMTAT D'EMPÚRIES. FA LA DONACIÓ PER A REMEI DE LES ÀNIMES DELS SEUS PARES I DEL PREVERE DURAN, FILL D'ELLA, AIXÍ COM DE LA PRÒPIA ÀNIMA.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia de 1140-1147 en el Cartoral d'Elna, f. 257, perdut. — B. Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: París, BN, Col. Moreau, vol. 11, ff. 92-93, ex A. — C.* Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 25, *Recueil*, tom II, núm. 85, ex A.

RE: MONSALVATJE, *El obispado de Elna*, tom I, pàg. 139. — LACVIVIER, *Le cartulaire*, núm. 85, pàg. 329.

In nomine Domini. Ego Ailo, femina devota, dono atque concedo domum Sancte Eulalie, martiris Christi, matrem ecclesiarum Rusulionensium seu valle Confluentium et Valle Aspirensium, et Suniario episcopo successorum eius ibidem misericordiam Dei deprecantes. Certum quidem et manifestum est enim quia sic placuit in animis meis et placet ut ad domum Sancte Eulalie scriptura donationis fecissem, sicuti et facio, pro anima genitori mei et genitrice mea et pro anima Durandi presbiteri, qui fuit, et pro me famula Dei iam supranominata, ut in diem iudicii veniam habere mereamur.

Dono atque concedo iam superius nominata ad domum Sancte Eulalie, martiris Christi, in comitatu Russulionense, infra fines et termines de villa Bruliano, in loco ubi vocant Puio Auriolo, maleolo uno; et in iamdicta villa Bruliano vel infra eius fines et termines dono illi omnem hereditatem meam quod ego ibidem habeo vel mereor habere. Qui michi advenit tam per parentorum quam ex comparatione sive comutatione vel pro qualicumque adquisicione, id est casas et casalibus, curtis, curtalibus, ortis, ortalibus, terras et vineas, pratis, pascuis, silvis, garricis, aquis aquarum, vieductibus vel reductibus earum, cultum vel incultum, tam rusticum quam et urbanum, oglatis, molindino I cum alias mundares et cum illorum cursu et decursu vel cum illorum caputaquis, omnia et in omnibus, sicut superius scriptum est. Sic dono atque concedo a domum Sancte Eulalie, ab omnem integritatem, cum exiis et regressiis earum, et cum illorum affrontationes, et cum omni fundamenta vel superposita earum et cum omnibus arboribus earum, vel quantum hodie retineo in mea potestate.

Et in alio loco, in locum ubi vocant Darnago, similiter. Et in alio loco, in vico Helnae, ad ipso mercadale, dono manso uno cum ipsa curte, quem filius meus Durandus, presbiter, emit de Poncione qui fuit, cum exio et regressio suo et cum suas affrontationes. Et in alio loco, infra terminio de vico Helna, ultra flumen Techo, dono casas cum curtes et ortos cum ipsos arboribus et cum ipsas ter-

ras quod ego ibidem habeo, qui mihi advenit per parentorum meorum, cum illorum affrontationes, cum exiis et regressiis earum. Et in alio loco, ubi vocant Salanca, dono faixas III de terras cum illorum affrontationes. Et in Valle Asperi, infra fines et termines de villa Hulmos, in locum ubi vocant ad ipsa Costa, dono maso uno cum ipsas terras et vineas et cum ipsos verdegarios quod ego emi cum viro meo Guisandi, qui fuit, de condam Guadaldi episcopi, qui fuit condam, vel successores eius, ad eius fines et termines cum exiis et regressiis earum et cum illorum affrontationes. Et in alio loco, in comitatu Impuritanense, in villa Palatiolo et in villa Furtiano et in villa Pauo et in locum que dicitur Budiga, in iamdictas villas vel infra earum fines et termines.

Sic dono predicta ecclesia Sancta Eulalia quantum quod filius meus nomine Sessemundus, qui vocant Domnucio, in iamdictas villas hereditare debet, et ille exinde reverti vel Durando presbitero, fratri suo, per ipsum furtum vel sacrilegium quod ille fecit in domum Sancte Eulalie, sicut in ipso iudicio resonat, quod ipse Durandus habeat roboratum et firmatum. Omnia et in omnibus, sicut superius scriptum est, sic dono adque trado per istam scriptura a predicta ecclesia Sancta Eulalia sine ulla reservatione. Quod si ego donatrix aut ulla secularis potestas tam laicorum quam clericorum vel sexus feminearum qui contra ista scriptura donationis venerit pro inrumpendum, aut hoc quod querit, non apetat sed in duplo vel triplo componat domum Sancte Eulalie. Et inantea ista donatio firma sit firmiorque permaneat.

Facta ista scriptura sub die X^oIII^o kalendas novembris, anno XX regnante Leutario rege, filii Ludovici regis.

Sig+num Ailo, femina devota, qui ista scriptura donationis scribere fecit et testes firmare rogavit. Sig+num Trasoarius presbiter. Sig+num Bonefacius. Sig+num Adalardus presbiter.

Stephanus presbiter, qui ista scriptura donationis scripsit et subscripsit die et anno quod supra.

476

4 NOVEMBRE 973

SEGUER I LA SEVA MULLER RECEBERGA DONEN A L'ESGLÉSIA DE SANTA EULÀLIA I AL BISBE SUNYER [DE LA SEU D'ELNA] L'ALOU QUE TENEN EN EL COMTAT DE ROSSELLÓ, DINS EL TERME DEL VIC D'ELNA, AMB LA CONDICIÓN QUE EN TINDRAN L'USDEFUIT EN VIDA DE SEGUER. FAN LA DONACIÓ PER A REMEI DE LLURS ÀNIMES I DE L'ÀNIMA D'ELLESÈN.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia de 1140-1147 en el Cartoral d'Elna, f. 124, perdut. — B. Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: París, BN, Col. Moreau, vol. 11, f. 94, ex A. — C.* Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 25, *Recueil*, tom II, núm. 86, ex A.

RE: LACVIVIER, *Le cartulaire*, núm. 86, pàg. 329.

In nomine Domini. Ego Segarius et uxor mea¹ Receverga, femina, donatores sumus vobis, domum Sancte Eulalie vel a Soniario episcopo sive ad successores eius, ipsum nostrum alodem quod nos habemus in comitatu Rossolionense, infra fines et termines de vico Helna, id est in casas, in casalibus, in curtis, in curtalibus, terras et vineas, pratis, pascuis, aquis aquarum, cultum vel incultum, tam rusticum quam et urbanum, omnia et in omnibus, quantum nos habemus vel ereditare debemus in vico Elna vel in eius fines et termines, cum exiis et regressiis earum, et cum illorum affrontationes. Qui nobis advenit per comparatioen tam de ex parentorum vel ex qualicumque voce, propter remedium ani-

mas nostras et propter remedium animae Segarii et de Eldesinda femina et de Receverga. In ea videlicet ratione, ut dum ego Segarius vivo, teneam et possideam et exfructuare faciam, et post obitum vero meum remaneat ad domum Sancta Eulalia iste alodes suprascriptus vel a successores eius que ad illum diem presentes erunt ante altare Sanctae Eulaliae ibidem Domino misericordiam deprecantes.

Que vero hec omnia superius scripta de nostro iuramus in vestro tradimus dominio et potestate, ut quicquid exinde facere volueritis libere in Dei nomine abeatis potestate, sicut superius premissum est. Quod si nos donatores ad ullus homo qui contra ista scriptura donationis venerit ad inrumpendum, aut nos venerimus, non hoc valeat vindicare quod repetit, sed in duplo vobis componere faciat. Et inantea ista scriptura donationis firma firmiorque permaneat.

Facta scriptura donationis pridie nonas novembris, anno XX regnante Leutario rege, filio Lodoici regis.

Sig+num Segarius, Sig+num Receverga, qui ista scriptura donatione fecimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Godemares. Sig+num Adalbertus. Sig+num Eldefredus. Arnallus levita.

Sig+num Golteredus presbiter, qui ista scriptura donatione scripsit et subscripsit die et anno quo supra.

1. tua C.

477

4 GENER 974

EL COMTE GAUSFRED [I DE ROSSELLÓ-EMPÚRIES] I EL SEU FILL, EL BISBE SUNYER [D'ELNA], DONEN AL MONESTIR DE SANT PERE DE RODES EXTENSOS DOMINIS EN EL COMTAT DE PERALADA: TOTES LES TERRES LITORALS COMPRESSES ENTRE EL LLOC DE «LENTISCLUM» I LA PUNTA DELS TRES FRARES, AMB ELS PORTS I LES PESQUERES; ELS CASTELLS DE VERDERA I MIRALLES, AMB ELS BOSCOS I POSSESSIONS; TERRES A LA VALL DE LLANÇÀ, AMB ELS PORTS I LES PESQUERES; L'ESGLÉSIA DE SANT BALDIRI DE TAVELLERA [TERME DEL PORT DE LA SELVA] I ALTRES BÉNS. AQUESTES PROPIETATS PERTANYEN ALS DONADORS EN PART PER DONACIÓ REIAL I EN PART PER HERÈNCIA DE LLURS AVANTPASSATS.

Vegeu *Catalunya carolíngia. Els comtats de Girona, Besalú, Empúries i Peralada*, núm. 420, pàgs. 368-371.

478

23 MARÇ 974

LANDOER DÓNA AL MONESTIR [DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ] LES TERRES QUE TÉ A VALLVENTOSA.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 103, perdut. — B.* Extret del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 159, ex A. — C. Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 239, pàg. 62, peça 313, ex A.

El regest de Fossà, que completa la informació de l'extret parisenc, diu: «Donation faite au dit monastère par Landoarius de ses terres et vignes *ibidem* (à Vallventosa) *ab omni integritate*, du X des kalendes d'avril, année XX du règne de Lothaire».

In nomine Domini. Ego Londoarius [...].

Facta ista scriptura donationis X kalendas aprilis, anno XX regnante Leutario rege, filio Ludoyci. [...].

479

8 ABRIL 974

MARTÍ I LA SEVA MULLER BASÍLIA VENEN A SALLA, ARDIACA [DE LA CATEDRAL D'URGELL], I A BERNAT, VESCOMTE [DE CONFLENT], UNA VINYA QUE TENEN PER COMPRA EN EL SUBURBI D'ELNA, A LA VALL DEL CONFLENT, A LA VILLA ESTOER, EN EL LLOC DIT «AD IPSO PRADO», PEL PREU DE VINT SOUS.

O.* La Seu d'Urgell, AC, perg. núm. 92. Al dors: «De Astaver» (s. XIII-XIV).

a. BARAUT, *Els documents, dels segles IX i X*, núm. 165, pàg. 115, ex O.

In nomine Domini. Ego Martinus et uxor mea Baslia vinditores sumus vobis Sanla archidiachonus et Bernardo vicecomite, emtores. Per hanc scripturam vindicionis nostre vindimus vobis vinea nostra qui nobis advenit de comparacione. Est ipsa vinea in suburbio Elenense, in val de Confluyente, infra fines de villa Astovere, in loco que vocant ad ipso Prado. Et afrontat ipsa vinea: de I latius in ipso Prado, et de alia in via qui vadit ad Fagedas, et de III in vinea Teudericho ad Rodas, et de IIII in ipso stirpe.

Quantum in istas afrontaciones includunt de ipsa vinea, sic vindimus vobis ipsa vinea cum ipsos arbores ab omnem integritatem propter precium solidos XX, et nichilque de ipso precio aput vos emtores non remansit, est manifestum.

Quem vero de nostro iuro in vestro tradimus vobis dominio abeat potestatem. Quod si nos vinditores venerimus aut ullus omo qui contra ista scriptura vindicionis venerit ad isrumpendum induplamus vobis perpetim abitura. Hec-ista vindicio firmis permaneat omnique tempore.

Facta vindicio VI idus aprilii, anno XX regnante Leutario rege, filio Ludovici.

Sig+num Martinus, Sig+num Baslia, qui ista vindicione fecimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Miro. Sig+num Sechofredus presbiter. Sig+num Chilabertus.

Witardus presbiter, qui ista vindicione scripsit et SSS. die [et]¹ anno quod supra.

¹ 1. *Manca*.

480

9 ABRIL 974

ESTEVE I LA SEVA ESPOSA ERMELLA DONEN AL MONESTIR [DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ] L'ALOU QUE TENEN EN EL ROSSELLÓ, EN EL TERME D'ILLA, A LLOTES.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 94v, perdut. — B.* Extret del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 156v, ex A. — C. Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 239, peça 272, ex A.

El regest de Fossà, que completa la informació de l'extret parisenc, diu: «Donation faite au dit monastère par Etienne et son épouse *Ermille* de leur propre alleu au terroir d'Ille en Roussillon, ou *in Lotas*, du V des ides d'avril, année XX du même règne (de Lothaire)».

In nomine [Domini]. Ego Stephanus [...].

Facta ista scriptura donationis V idus aprilis, anno XX° regnante Leutario rege, filio Ludevici. [...].

481

ABRIL [974]

EL PAPA BENET [VI], EN BUTLLA ATORGADA A L'ABAT HILDESIND DE SANT PERE DE RODES, CONFIRMA AL SEU MONESTIR ELS PRIVILEGIS I LES DONACIONS QUE LI CONCEDEIXEN LA IMMUNITAT I LA LLIURE ELECCIÓ D'ABAT I LI RECONeix LA POSSESSIÓ DELS SEUS BÉNS, UNA PART DELS QUALS CONSTA EN LA CARTA QUE FEREN EL COMTE GAUSFRED [I DE ROSSELLÓ-EMPÚRIES] I EL BISBE SUNYER [D'ELNA] I EN EL PRECEPT DEL REI LLUÍS [IV]. TAMBÉ LI CONCEDEIX QUE ESTIGUI SOTA EL PATROCINI I LA PROTECCIÓ DE LA SANTA SEU. ENTRE ELS BÉNS ESMENTATS CONSTEN LA VILLA VILELLA EN EL CONFLENT; L'ESGLÉSIA DE SANT ANDREU DE PESILLÀ EN EL COMTAT DE FENOLLET; LES ESGLÉSIES DE SANT SALVADOR DE VILARMILÀ, SANTA COLOMA DE CONJUNTA [TUÏR], SANT MARTÍ DE POLLESTRES, SANT PERE DE TORRELLES I LA VILLA LLUPIÀ EN EL COMTAT DE ROSSELLÓ; I ELS ALOUS DE CAMPELLS I VALLICROSA I L'ESGLÉSIA DE SANT MIQUEL DE RIUNOGUERS EN EL COMTAT DE VALLESPÍ.

Vegeu *Catalunya carolíngia. Els comtats de Girona, Besalú, Empúries i Peralada*, núm. 421, pàgs. 372-374.

482

6 MAIG 974

RANLÓ [VESCOMTESSA], GISCLAMON SACERDOT, GUADAMIR I ESCLUA, EN QUALITAT DE MARMESSORS DEL DIFUNT ISARN [VESCOMTE DE CONFLENT], DONEN ALS SEUS FILLS SALLA, ARDIACA [DE LA CATEDRAL D'URGELL], I BERNAT, VESCOMTE [DE CONFLENT], DOS ALOUS, L'UN ANOMENAT PI, SITUAT AL COMTAT DE Cerdanya, I L'ALTRE DIT AIGUATÈBIA, SITUAT A LA VALL DEL CONFLENT.

[O]. Original perdut. — A.* Còpia del segle XIII: La Seu d'Urgell, AC, *Dotaliorum Ecclesie Urgellensis liber primus*, f. 224, doc. DCCXLVII, ex O. Rúbrica: «Scriptura Isarni vicecomitis qualiter dimisit suum alodium inter Bernardum et Sallanem».

a. BARAUT, *Els documents, dels segles IX i X*, núm. 166, pàgs. 115-116, ex A.

In nomine Domini conditoris salvatorique ac gubernatoris nostri Dei. Nos pariter, id est, Ranllo femina et Guisclamundus sacerdos et Guadamirus et Sclua, qui sumus manumissores de homine condam Isarno nomine, qui nobis precepit dum adhuc vivere ut kartam faceremus donacionis vel inmelioracionis ad filios suos Sallane, archidiaconatus honore, et Bernardo, vicecomite, de duobus alodiis suis, Pinum videlicet et Aquam Tepidam.

Nos denique prefacti manumissores, eius iussioni obtemperantes, vobis Sallano archidiacono et Bernardo vicecomite facimus karta donacionis vel inmelioracionis de predictis duobus alodis patris vestri. Quorum unus est situs in comitatu Cerdaniense et vocatur Pinus; et in eadem villa vel in eis aiacenciis donamus vobis per iussionem patris vestri casas, casalibus, ortos, ortalibus, terras cultas vel incultas, vineas cum illorum arboribus, molendinis cum aquis et cum illorum caputaquis et illorum discurrebus, pratis, aquis aquarum, ductibus vel reductibus. Et hec omnia abet affrontaciones: a parte orientis in serra Sancti Augustini, a parte vero meridiana affrontat in monte Katino, a parte vero occidentali affrontat in rivo Orosina, et a parte aquilonali affrontat in albeo Seguere.

Alius vero alodius, qui est in valle Confluenti vocaturque Aquatepida, ipsam villam cum casis, casalibus, ortis, ortalibus, arboribus, terris cultis et eremis, molendinis cum aquis et cum illorum caputaquis, pratis, pascuis, silvis, garricis cum omnibus illorum aiacenciis ad eandem villam pertinentibus et cum omnibus exiis et regressiis earum vel quicquid ibidem habuit predictus vester pater de parentorum seu de comparacione, necnon et per scribaturam donacionis quod ei fecit senior suus, Seniofredus comes. Et affron[tat] ipsa villa de Aquatepida cum suis aiacenciis: de I parte in flumine Oleta, de alia in serra de Talacio, de tercio in ipsa archa de Portello, de III^a in chubile de Micha, de V^a in colle de Cruce, de VI^a quoque pervenit usque in flumen Oleta.

Quantum infra istas predictas affrontaciones includitur in ipsis locis superius nuncupatis, sic facimus vobis kartam donacionis vel inmelioracionis per preceptum predicti patris vestri, quantum ille ibidem abuit vel abere debuit ab omnem integritate, ita ut ab hac die et ora quieti teneatis et possideatis absque ulla inquietudine vel contradictione habetisque potestatem quodcumque volueritis ex eis facere vel cuicumque volueris illos dare. Quod si nos manumissores aut aliquis de heredibus prefati patri vestri aut quislibet suffecta persona contra hanc kartam donacionis vel inmelioracionis ad contradicendum vel ad inrumpendum venire studerit, nullo modo hoc valeat vindicare sed ex verbis suis evachuatus XXX^a auri libras vobis in mallo choatus exsolvat. Et hec karta donacionis atque inmelioracionis omni tempore rata persistat.

Facta karta donacionis atque inmelioracionis II^e nonas madii, anno XX^o regnante Leutario rege, Leudovici regis filio.

Sig+num Ranlo femina, Guisclamundus presbiter SSS., Sig+num Guadamirus, Sig+num Sclua, qui per iussionem predicti Isarni hanc kartam donacionis atque inmelioracionis fecimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Bonefilius. Sig+num Langoardus. Sig+num Sancio. Ballro iudex SSS.

Guifredus presbiter, qui ista karta donacionis vel inmelioracionis scripsit et SSS. die et anno quo supra.

483

7 MAIG 974

ASPIR PREVERE VEN A RANLÓ, VESCOMTESSA [DE CONFLENT], UNA VINYA QUE TÉ PER COMPRA EN EL SUBURBI D'ELNA, A LA VALL DEL CONFLENT, DINS ELS CONFINIS DE LA VILLA ESTOER, EN EL LLOC DIT «FIGULOS», PER L'EQUIVALENT DE TRES SOUS.

O.* La Seu d'Urgell, AC, perg. núm. 93. Al dors: «De Astover» (s. XIII-XIV).

a. BARAUT, *Els documents, dels segles IX i X*, núm. 167, pàgs. 116-117, i làmina 11, ex O.

In nomine Domini. Ego Aspiris, presbiter, vinditor sum tibi Ranlone, vicechomitissa, emtrice. Per han[c]¹ scriptura vinditionis mee vindo tibi vinea mea, qui michi advenit de comparatione. Et est ipsa vinea in suburbio Helenense, in valle Confluente, infra fines de villa Astuer, in lochum que vouchant Figulos. Et affrontat ipsa vinea: de una latus in vinea Bradilane, et de alia in cumba qui inde discurrit, et de tercia in ipsa via qui venit de monte ad Aspirano, et de IIII in vinea de filiis Dodoni, qui fuit condam, et pervenit usque in stirpe.

Quantum infra istas affrontationes includunt de ipsa vinea sic vindo tibi ab omnem integritatem, cum exiis vel regressis earum, propter precium solidos III in rem valente, et nichilque de ipso precio apud te emtrice non remansit; et est manifestum. Quem vero ipsa vinea quod superius insertum est de meo iuro in tuo trado tibi dominio, habeas potestatem facere quod volueris. Quod si ego vinditor aud uullus homo qui contra hanc-ista scriptura vindictio venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare quod appetat sed in duplo componere tibi faciam cum omnem suam immelioratione. Hec vinditio firmis permaneat omnique tempore et non sit disrupta.

Facta ista² scriptura vinditionis nonas madii, anno XX regnante Leutario rege, Ludovici filio.

Asperius presbiter, qui ista scriptura vindicione feci et SSS. et firmavi et rogavi testes³ firmare.* Sig+m Suniarius. Sig+m Amalrichus. Sig+m Wadamirus.

Wifredus presbiter, qui ista vinditione scripsi et SSS. die et anno quod supra.

1. Manca [c]. — 2. Repeteix ista per error. — 3. Repeteix tes per error.

484

19 MAIG 974

MIRÓ DÓNA AL CENOBI DE SANT MIQUEL I SANT GERMÀ DE CUIXÀ UNA VINYA QUE TÉ EN EL COMTAT DE ROSSELLÓ, EN EL SUBURBI D'ELNA, DINS ELS CONFINIS DE LA VILLA ANOMENADA VALLVENTOSA, EN EL LLOC DE SANTA CECÍLIA.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 98v, perdut. — B.* Extret del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 158, ex A. — C. Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 239, pàg. 59, peça 291, ex A.

El regest de Fossà diu: «Autre (donation) par Miron d'une vigne en Roussillon, à Vallventosa, du 10 des kalendes de juin, année XX de Lothaire». Divergeix de l'extret en el dia de la clàusula de datació.

In nomine Domini. Ego Miro donator sum Deo et Sancto Mikaele archangelo et Sancto Germano confessore Christi cenobio vocitante Coxiano [...]. Et est ipsa vinea in comitatu Rossilionense, in suburbio Elenense, infra fines de villa que vocant Valle Ventosa, in locum que dicitur a Sancta Cecilia, [...] et de IIII affrontat in ipso puio vel in ipso Cabanille [...].

Facta carta helemosinaria IIII^o X^o [kalendas] iunii, anno XX regnante Leutario rege, filio Ludoyci.

[...].

ELS BISBES SUNYER D'ELNA, MIRÓ DE GIRONA, FRUJÀ D'OSONA, GUI SAD D'URGELL, ISOL DE TOLOSA, BERNAT DE COSERANS I FRANCO DE CARCASSONA, SOTA EL PRINCIPAT D'OLIBA I ERMENGARS [COMTES DE Cerdanya-Confient], DEDIQUEN ELS SET ALTARS DE LA NOVA ESGLÉSIA DE SANT MIQUEL DEL MONESTIR DE CUIXÀ, COMENÇADA A CONSTRUIR PEL COMTE SUNIFRED [II DE Cerdanya-Confient] I COMPLETADA, DESPRÉS DE LA SEVA MORT, PELS SEUS GERMANS I SUCCESSORS OLIBA I MIRÓ I PER L'ABAT GARÍ; EXCOMUNIQUEN I MALEEIXEN TOTS ELS QUI ATEMPTIN CONTRA ELS BÉNS DE LA CASA.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 11, perdut. — B.* Còpia de 1644-1660, feta per fra G. Costa: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, ff. 104v-106, ex A.

- a. *Marca hispanica*, ap. CXIX, cols. 909-912, «ex chartulario monasterii Cuxanensis» (ex A, per mitjà de B). — b. MONSALVATJE, *El obispado de Elna*, tom III, ap. XXVI, pàgs. 411-415, sense indicació de font (ex a). — c. ABADAL *Eixalada-Cuixà*, ap. 99, pàgs. 319-321, ex B. — d. ORDEIG, *Les dotalties*, vol. I, núm. 91, pàgs. 218-221 (amb data de 28 setembre), ex B.

Hom reconeix en aquest document l'estil ampulós —«torturat», diu R. d'Abadal (cf. c)— del comte i bisbe Miró, germà dels comtes de Cerdanya Sunifred i Oliba. Pel que fa a la data, tant el sermó del monjo Garsies del segle XI (cf. *Marca hispanica*, cols. 1072-1082) com la narració del monjo Vicenç Pisà del XV (cf. *Histoire générale de Languedoc*, V, Tolosa, 1875, cols. 60-64) porten, quan es refereixen al document present, en comptes de la frase «retro kalendarum mensis octobris» de la clàusula de datació, aquesta altra expressió: «quarto kalendas octobris» o «III^o kalendas octobris». Aquest dia correspon al 28 de setembre, vigília de la festa de sant Miquel, dia assenyalat en el calendari litúrgic de Cuixà com el de la festa «in dedicatione ecclesiae» (cf. LEMARIÉ, *Le sanctoral de Saint-Michel de Cuxa*, pàg. 93). És la data adoptada per PONSICH, *Les problèmes*, pàgs. 24-25 i nota 10, i per ABADAL, *Eixalada-Cuixà*, pàgs. 95-96 de l'extret, bé que en l'ap. 99 hi deixà «30 setembre».

No obstant això, MUNDÓ, *Recherches* (cf. *Obres completes*, I, pàg. 362), defensa que tant el text original de la dotalia com el del monjo Garsies devien dir «retro», equivalent a «pridie» (30 de setembre); ho argumenta també en el «Prefaci» del volum present. Mundó hi demostra, a més, que l'any ha d'ésser el 975: en ell coincidirien la indicció, el de l'encarnació i l'any 20 del rei Lotari, calculats segons nous elements d'interpretació cronològica.

Postquam Salvator erpigena omnium, ineffabiliter calcata morte resurgens, et exubias atri raptas de fauce profundi, evehit excelsum quicquid suscepit ab imis, et secum quod sumpsit ad dexteram genitoris considens, abensque nova pompa triumphi, bisenos primum selectos divino et consubstantiali irradiatos spiritu viros, quadrifido destinavit in climate, ut terrigenis fidem premonstrarent sidereo recto calle scandere ad regna. At ipsi tearchica cum gratia Domini sui solerter adimplentes munia, omnigena populorum efferat mansuefacta chorea, Christi faboraliter manciparunt iuga. Exin tridica atque unidica quibusque ut fas Dei formibus universaliter promulgata, cum iam iamque simbolica divina numinis farta passim repleta florerent orrea, nonnulli per universa climata longe lateque ecclesias construerunt, suisque rebus easdem ditaverunt, ut clericorum monachorumque cetibus ibidem degentibus Deoque militantibus suorum sustentarentur alimentis, et egenorum necessitates eorum pellerentur opibus vel aiumentis. Quorum vestigia imitantes omnes orthodoxi sino matris Ecclesie edocati, eorumque documentis imbuta, opitulatione superni iuvaminis fulti, firmiter sancteque prout potuere tenuerunt.

Proinde igitur princeps quondam Soniefredus, divino afflatu spiramine, inter ceteros specialiter elegit quendam cenobiolum in honore Domini et invocatione almi ac beatissimi archangeli Mikaelis in valle Confluentana, in locum quem Coxanum dudum voluit vocitare vetustas situm, et licet exili fabrica constructum, gazis tamen fecit illum non mediocrem, monachis quoque undecunque collectis abbatibus iusta morem regule ibidem constituit atque sublimavit, cuius morigeris monachi famulantur obsequiis. Illis quoque assentientibus¹, locavit ibi abbatem egregium, nomine Guarinum, qui ceu ut sidus lucidum affatim vibrare satagit cosmum. Prelibata igitur ecclesiola Sancti Mikaelis prius angusto fabricata fuerat machina giro, quod neque tunc poterat plebs veneranda capi. Set bone rei consultum et presentis abetur vite subsidium et eterne remunerationis expectare cernitur premium.

Ob id ergo eidem princeps cum conibentia sui proprii pontificis ceterorumque episcoporum, abbatum, clericorum, plebeiumque fidelium, colligens consilium, ut erga prefata ecclesiola in loco congruo in onore beati archangeli Mikaelis honorabile constru[er]et templum. Sed nec angusta prius substraxit fana eidem princeps vel abba, sed assidue in prisco peragens cerimonia templo, donec rite sequens consummaretur opus. Abbate quoque monachisque cum aminiculo eidem principi assidue incepto iam opus desudantibus, fatali casu ab hac vita eidem princeps subtractus, percepturus dignum operis sui fructum migravit ad Christum. Cuius omnipotens suis non reddat debita culpis, sed per interventum predicti archangeli eluat probra omnipotens Pater, et vite crimina tollat. Successerunt igitur huic sui duo clarissimi fratres, qui prompti amore pio, ceptum iam opus, prout potuere, adiuvare satagerunt. Abbas quoque monachique cum auxilio supradictorum principum in huiusce opere assidue laborantibus, cum opitulatione Dei omnipotentis perducunt ceptum opus ad diem completionis.

Solerti igitur cura hoc egerunt predicti principes vel abba, divino spirati flamine, et iusta septem dona Spiritus Sancti, septem in hoc templo erexerunt altaria septemque episcopos congregaverunt, qui prelibatum templum vel altaria annuente Deo venerabiliter dedicaverunt. Nam hec sunt nomina horum episcoporum: Suniarius, utpote sancte sedis Elenensis ecclesie venerandus, in cuius diocesi² prelibata ecclesia constructa esse videtur; Miro, sancte sedis Ierundensis ecclesie perhumilis episcopus, ad cuius dictione unacum fratri suo, domni Olibani comitis, ipse pertinet locus; Fruia, sancte sedis Ausonensis ecclesie egregius pontifex; Wisadus, sancte sedis Urgilensis ecclesie eximius antistitis; Isolus, sancte sedis Tolosanensis ecclesie reverentissimus presul; Bernardus, sancte sedis Chose-ranensis ecclesie egregius opilio; Franco, sancte sedis Carcasensis ecclesie eximius pastor. Hii septem episcopi, Dei altitonantis misericordia annuente, sub principe domni Olibani sueque coniugi, domne Ermengarde, prefatum templum vel altaria dicarent, statuentes etiam sub anathematis vinculo ut nullus ex rebus huius cenobii aliquid abstraere atentet.

Quia itaque omnis ecclesiastice rei quantitas sicut remedium venie tribuit conferenti, ita damnum rite preparat fraudatori, devotio etenim uniuscuiusque sicut gratanter votum contulit Deo, ita definivit quod plenitudo votorum conservaretur in loco, in quo videlicet si consolata tenetur, manet gratia offerentis, ita si frustratur, iminet perniciēs defraudantis. Ideo votum fieri volumus omnibus fidelibus sancte Dei Ecclesie, quia quod ecclesie conferuntur, Christo donantur, et quicquid ecclesie subtrahuntur, Christo tolluntur. Cum igitur omnia que Dei ecclesiis conferuntur, eius sint, qua insania agitur ut de manu Dei quis auferat quod nonnullis opositionibus se tenere contendat. Ne igitur inaudita presumptio, hoc est, invasione templi fiat, omnes nos septem episcopi sub anathematis vinculo id fieri proibemus.

Quod si quis nostra monita temerare presumpserit et aliquid ex rebus huius cenobii iuste ibidem conlatis subtrahere temptaverit, et male distracta confusione restituat; et, nisi se correxerit, et a satis-

factionem eidem ecclesie humiliter venerit, a liminibus sancte Dei Ecclesie arceatur et insuper sacrilegii ultione feriat; et secundum leges mundanas, ut sacrilegus, componere cogatur, et cum Iuda nefandissimo traditore, qui ea que Domino mittebatur asportabat, flammis atrocibus infernalibusque tradatur; Datan et Abiron contemnentibus legis divine iudicium sentiat et, nisi se correxerit, ad instar istorum transgressorum cruciandus perenniter in infernum vivus descendat, ubi vermes non moriuntur et ignis non exstinguitur et ubi de calore nimium transibunt ad aquas nivium et ubi fetorem intolerabilem et indicibilia tormenta transgressores sustinent. Et super penas quas assidue sancta Dei Ecclesia in psalmo transgressoribus canit, eis eminearum involvantur etiam in penis «ut rota, et transeant sicut stipula ante fatiem venti, sicut ignis qui comburit silvam et sicut flama comburit montes, ita persequatur illos omnipotens Deus in tempestate sua et in ira sua exturbet eos, impleat facies eorum ignominia et querant nomen omnipotentis Dei, erubescant et conturbentur in seculum seculi et confundantur et pereant et cognoscant quia nomen illi Dominus»³; et ipse Deus omnipotens ulciscens sancte Ecclesie in secula seculorum. Omnes igitur maledictiones Veteris ac Novi Testamenti illis transgressoribus superveniant et, nisi se correxerit, penas et in hac vita et in futuro superluant.

Et ut hec scriptura vel excommunicatio firmiorem obtineat roborem, nos supradicti septem episcopi manibus nostris subter firmamus, clericis⁴ et ceteris ordinibus sancte Dei Ecclesie roborare optamus subscriptionibus et signis.

Acta est igitur hec scriptura vel dedicatio retro kalendarum mensis octobris, elapsis dominice Trabeationis annis bis novenis iubeleis lu[s]tris que trizenis, inditione terna, anno bis deno Leutario Franchorum rege presidente regno.

Suniarius, episcopus Elenensis +, Miro, episcopus Gerundensis +, Fruga, episcopus Ausonensis +, Guisadus, episcopus Urgellensis +, Ysolus, episcopus Tolosanensis +, Bernardus, episcopus Casoranensis +, Francus episcopus.

1. absentibus, B. — 2. dicessu, B. — 3. Ps. 82, 14-19. — 4. deltis, B.

486

22 GENER 975

EL SOTSDIACA JOAN, ANOMENAT SUNIFRED, DÓNA A L'ESGLÉSIA DE SANTA EULÀLIA I AL BISBE SUNYER DE LA SEU D'ELNA ELS ALOUS QUE TÉ EN EL COMTAT DE ROSSELLÓ, EN ELS TERRITORIS DE LA VILLA PAÇA, DE LA VILLA PRUNET D'AMUNT, AMB L'ESGLÉSIA DE SANTA MARIA, DEL VILAR QUE ANOMENEN PRUNET D'AVALL, DE VILANOVA [DEL MONT, ARA MONTESQUIU D'ALBERA], DEL VILAR TATZÓ I DEL LLOC ANOMENAT «MATA LOBARIA». AQUESTS ALOUS ELS HA HERETAT DEL SEU PARE, EL DIFUNT ODILÓ, I ELS HA RECUPERAT PER LA INTERVENCIÓ DEL COMTE GAUSFRED [I DE ROSSELLÓ]. SE'N RESERVA L'USDEFUIT.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia de 1140-1147 en el Cartoral d'Elna, ff. 171v-172, perdut. — B. Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: París, BN, Col. Moreau, vol. 11, ff. 157-158, ex A. — C.* Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 25, *Recueil*, tom II, núm. 87, ex A.

RE: MONSALVATJE, *El obispado de Elna*, tom I, pàg. 140. — LACVIVIER, *Le cartulaire*, núm. 87, pàg. 330.

In nomine Domini. Ego Iohannes, que vocant Seniofredo, subdiachonus, donator sum domum sedis Elenensis Sancte Eulalie seu domno Soniario, gratia Dei presul.

Certum quidem et manifestum est enim quia sic placuit animis meis et placet, nullus quogentis imperio nec suadentis ingenio, sed propria expontanea michi hoc elegit bona voluntas, ut a domum Sancte Eulalie et domino Soniario, episcopo, scriptura donationis fecissem de alodes meos, quem ego habeo in comitatu Russulionense, infra fines et termines de villa Paciano vel infra fines et termines de villa Prunedello superiore, cum ipsa ecclesia quam vocant Sancta Maria, vel in alio villare subteriore quem vocant Prunedello. Et in alio loco, in Villa nova, qui est ad radicem montis Albarie vel infra eius fines et termines. Et in alio loco, in villare Hatzio vel infra eius fines et termines. Et in alio loco, ubi vocant Mata Lobaría. In iamdictis locis superius scriptis sic dono ego ad domum Sancte Eulalie et domino Suniario, episcopo, quantum quod ego ibidem habeo vel hereditare debeo et hodie retineo in mea potestate vel inantea acquirere potuero per qualicumque acquisitione, id est in casas, in casalibus, curtes, curtalibus, ortis, ortalibus, terras et vineas, pratis, pascuis, silvis, garricis, aquis aquarum, molindinis, molinares, vieductibus vel reductibus earum, cultum vel incultum, ogli-tis, tam rusticum quam et urbanum.

Omnia et in omnibus, sicut scriptum est, sic dono ego ad domum Sancte Eulalie seu a domno Soniario; gratia Dei sedis Elenensis episcopus; qui michi advenit pro genitori meo, nomine Odilone, condam qui fuit, et pro ipsa reditione quam michi fecit Gauzefredus, memoratus comes, ad omnem integritatem, cum exiis et regressiis earum et cum earum affrontationes. In tali vero videlicet ratione, dum ego Iohannes, subdiachonus, quem vocant Signefredo, vivus fuero, teneam et possideam et exfructare faciam cunctis diebus vite mee; et post obitum meum ista omnia superius scripta remaneat ad domum Sancte Eulalie sedis Elenensis et domno Soniario, episcopo, vel successoribus suis misericordiam Dei famulantibus, sine ulla occasione et sine ulla reservatione.

Quod si ego donator aut ullus homo vel sexus feminarum, aut ulla secularis potestas, qui contra ista scriptura donationis venerit pro inrumpendum, quantum ad eo tempore hec omnia superius scripta melioratus fuerit, in duplo vel triplo componere faciat domum Sancte Eulalie sedis Elenensis et domno Soniario, gratia Dei episcopo, vel successoribus suis misericordiam Dei famulantibus. Et inantea ista scriptura firma et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta ista scriptura donationis sub die XI kalendas februarii, anno XXI regnante Leutario rege, filio Ludoici regis.

Iohannes subdiachonus, quem vocant Seniofredo, qui ista scriptura donatione fecit et firmare rogavit. Seniulduus levita. Stephanus levita. Ischafredus levita. Amalricus presbiter. Vicifredus presbiter. Addallandus presbiter.

Stephanus presbiter, qui ista scriptura donatione scripsi et subscripsi die et anno quo supra.

SESAN DÓNA AL MONESTIR [DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ] DUES VINYES QUE TÉ A VALLVENTOSA.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 101, perdut. — B.* Extret del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 158v, ex A. — C. Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 239, pàg. 60, peça 302, ex A.

El regest de Fossà, que completa la informació de l'extret parisenc, diu: «Donation faite au dit monastère par Segenandus de deux vignes à Vall Ventuosa, le 8 des kalendes de mars, année XXI du règne de Lothaire».

In nomine Domini. Ego Seienandus [...].

Facta ista scriptura donationis VIII kalendas marci, anno XXI regnante Leutario rege, filio Ludoyci.

[...].

488

28 JUNY 975

EL COMTE OLIBA [I DE CERDANYA-CONFLENT], LA SEVA ESPOSA ERMENGARS I EL BISBE MIRÓ [DE GIRONA, COMTE DE BESALÚ] DONEN AL CENOBI DE SANTA MARIA DE RIPOLL ELS ALOUS QUE TENEN PER PRECEPTE REIAL A CAUSA DE LA BAUSIA DEL DIFUNT VESCOMTE GUIFRÉ [O UNIFRED], ANOMENAT FALQUET. UN DELS ALOUS ES TROBA SITUAT A LA VALL DEL CONFLENT, EN EL SUBURBI D'ELNA, EN ELS APENDICIS DE FULLÀ I DE CORNELLÀ, AMB L'ESGLÉSIA DE SANT CLIMENT [DE LA SERRA].

Vegeu *Catalunya carolíngia. Els comtats d'Osona i Manresa*, núm. 1195, pàgs. 863-864.

489

28 SETEMBRE 975

HOM FA UNA DONACIÓ [AL MONESTIR DE SANTA MARIA D'ARLES].

[O]. Original perdut. — [A]. Regest, potser de 1586, en l'Inventari de l'arxiu del monestir d'Arles fet per Agullana, pàg. 47 O. — B.* Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 237, ex A.

El regest de Fossà diu: «Alia (donatio); 4 kalendas 8^{bris}, anno 22 regnante Leutario rege».

VEGEU EL DOCUMENT 485 DEL 30 SETEMBRE '974' [975].

490

17 FEBRER 976

DUES O MÉS PERSONES FAN UNA DONACIÓ [AL MONESTIR DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ].

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 71, perdut. — B.* Extret del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 151v, ex A.

In nomine Domini. Nos simul in unum [...].

Facta ista scriptura donatione XIII kalendas marcii, anno XXII regnante Leutario rege, filio Lodoici regi.

[...].

491

22 FEBRER 976

EITOR, MARIA, ALLOARA I JEREMIES DONEN AL MONESTIR [DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ] UNA VINYA SITUADA A TORRELLES [DE LA SALANCA].

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 71, perdut. — B.* Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 239, pàg. 38, peça 162, ex A.

El regest de Fossà diu: «Donation faite au dit monastère par Iter, Marie, Alloara et Jérémie d'une vigne à Torrelles, du 8 des kalendes de mars, année XXII du règne de Lothaire».

492

5 ABRIL 976

EL COMTE GAUSFRED [I DE ROSSELLÓ-EMPÚRIES] I EL SEU FILL SUNYER, BISBE [D'ELNA], DONEN AL MONESTIR DE SANTA MARIA DE ROSES LA PORCIÓ DE MAR QUE VA DES DE LA DESEMBOCADURA DE LA MUGA FINS AL PORT DE CREUS, AMB LA PESCA, ELS NAUFRAGIS I TOTS ELS DRETS SOBRE EL MAR. TAMBÉ LI DONEN LA PORCIÓ DE MUNTANYA QUE VA DES DEL PORT DE JÓNCOLS I DEL CAP NORFEU FINS AL CAP MORELL, A MÉS DE DIVERSOS DRETS I BÉNS EN ELS COMTATS DE PERALADA I EMPÚRIES.

Vegeu Catalunya carolíngia. Els comtats de Girona, Besalú, Empúries i Peralada, núm. 434, pàgs. 383-386.

493

19 ABRIL 976

EITOR, OLIBÀ DIACA I TRUCTURÀ DONEN AL MONESTIR DE CUIXÀ UNA VINYA SITUADA A TORRELLES [DE LA SALANCA].

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 67, perdut. — B.* Extret del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 149v, ex A. — C. Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 239, pàg. 34, peça 142, ex A.

El regest de Fossà, que completa l'extret parisenc, diu: «Donation faite au monastère de Cuxa par Eter, Oliba diacre et Tructurannus d'une vigne à Torrelles, le XIII des kalendes de mai, année XXII du règne de Lothaire fils de Louis».

In nomine Domini. Ego Eter [...].

Facta karta donatione vel elemosinaria XIII kalendas madii, anno XXII regnante Leutario rege, filio Ludovici regis.

[...].

CELSE DÓNA A L'ESGLÉSIA DE SANTA EULÀLIA I AL BISBE SUNYER DE LA SEU D'ELNA L'ALOU QUE TÉ EN EL COMTAT DE ROSSELLÓ, A VILA-RASA [TERME DE SANT CEBRIÀ DE ROSSELLÓ] I A VALLÒRIA [TERME DE BANYULS DE LA MARENDA]. FA LA DONACIÓ, AMB RESERVA D'USDEFUIT, PER A LA REDEMPCIÓ DE LA SEVA ÀNIMA I DE L'ÀNIMA DEL DIFUNT TRASUAD, MARIT D'ELLA, EL QUAL HAVIA ADQUIRIT AQUELLA HERETAT I HAVIA MANAT DONAR-LA ALS SANTS DE DÉU DESPRÉS DE LA MORT DE CELSA I DE LLUR FILL EIMERIC, ARA DIFUNT.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia de 1140-1147 en el Cartoral d'Elna, f. 194v, perdut. — B. Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: París, BN, Col. Moreau, vol. 11, ff. 189-190, ex A. — C.* Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 25, *Recueil*, tom II, núm. 88, ex A.

RE: MONSALVATJE, *El obispado de Elna*, tom I, pàg. 140. — LACVIVIER, *Le cartulaire*, núm. 88, pàg. 330.

In nomine Domini. Ego Celsa, femina, donatrix sum tibi Sancte Eulalie sedis Helenensis, matrem ecclesiarum Russulionensium seu Valle Aspirensium necnon et valle Confluentium. Certum quidem et manifestum est enim quare sic placuit in animis meis et placet, nullus quogentis imperio nec suadentis ingenio, sed propria et expontanea mihi hoc elegit bona voluntas, ut ad domum Sancte Eulalie sedis Elenensis seu domno Suniario, gratia Dei sedis Elenensis presul, scriptura donationis fecissem, sicuti et facio.

Dono ego Celsa, femina, superius scripta ad predicta ecclesia seu ad predicto episcopo ipsum meum alodem quod ego habeo in comitatu Russulionense, in Villa rara sive infra eius fines et termines, id est casas, casilibus, curtis, curtalibus, ortis, ortalibus, terras et vineas, pratis, pascuis, silvis, garricis, aquis aquarum, vieductibus vel reductibus earum, cultum vel incultum, tam quisitum quam ad inquirendum. Et in ipsa Vassa Auria, in ipsa piscatione, duas partes ibidem apprehendere faciant servuli domum Sancte Eulalie.

Omnia et in omnibus, sicut superius scriptum est, sic dono ego predicta Celsa, femina, ad predicta ecclesia domum Sancte Eulalie et ad predicto episcopo, domno Suniario, totum et ab integre, cum exiis et regressiis et cum illorum affrontationes, sine ulla occasione et sine ulla reservatione, pro timore Dei et pro redemptione anime mee et pro redemptione anime Trasovadi, viri mei, qui ipsa hereditate adquisivit et ille in ipsa scriptura donationis ordinavit quod post obitum meum vel de filio nostro, nomine Aimerici, qui fuit condam, ipsa ereditas superius scripta in sanctis Dei pervenire fecisset, sicuti et facit. In eius vero videlicet ratione: dum ego Celsa, femina, viva fuero, teneam et possideam et exfructare faciam cunctis diebus vite mee; post obitum meum pervenire faciat ad domum Sancte Eulalie seu domno Suniario, episcopo.

Quod si ego donatrix aut ullus homo vel sexus feminarum qui contra ista scriptura donationis venerit pro inrumpendum, componere faciat domum Sancte Eulalie in duplo vel triplo. Et inantea ista scriptura donationis firma et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta ista scriptura donationis sub die XII kalendas madi, anno XXII regnante Leutario rege, filio Ludoici regis.

Sig+num Celsa femina, qui ista scriptura donationis fecit et testes firmare rogavit. Sig+num Trasovarius. Sig+num Levira. Sig+num Landericus.

Stephanus presbiter, qui ista scriptura donationis scripsit et subscripsit die et anno quo supra.

SUNDURLÀ DÓNA A L'ESGLÉSIA DE SANTA EULÀLIA I AL BISBE SUNYER DE LA SEU D'ELNA ELS ALOUS QUE TÉ EN EL COMTAT DE ROSSELLÓ, A LA VILLA BRULLÀ, AL TERME D'ORTAFÀ, A LA VILLA «SECURNIANO», ANOMENADA PALAU ROTGER [ARA PALAU DEL VIDRE], A LA VILLA «BONITI» I A LA ROCA [D'ALBERA], PERÒ SE'N RESERVA L'USDEFUIT VITALICI. EL SEU FILL GUIMERÀ ELS DÓNA TAMBÉ LA CASA I EL CAMP QUE TÉ A LA VILLA BRULLÀ, LA VINYA DE LA ROCA [D'ALBERA] I EL CAMP D'«ORSIGANO», AL VOLÓ.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia de 1140-1147 en el Cartoral d'Elna, f. 203, perdut. — B. Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: París, BN, Col. Moreau, vol. 11, ff. 198-199, ex A. — C.* Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 25, *Recueil*, tom II, núm. 89, ex A.

RE: MONSALVATJE, *El obispado de Elna*, tom I, pàg. 140. — LACVIVIER, *Le cartulaire*, núm. 89, pàg. 330.

In nomine Domini. Ego Sundurla et filius meus, nomine Guimara, nos simul in unum, donatores sumus domum Sancte Eulalie seu domno Soniario, gratia Dei sedis Elenensis episcopo. Certum quidem et manifestum est enim quia sic placuit in animis nostris et placet nullus quogentis imperio nec suadentis ingenio, sed propria et expontanea nobis hoc elegit bona voluntas, ut ad domum Sancte Eulalie et domno Soniario, episcopo, scriptura donationis fecissemus, sicuti et facimus.

Donamus nos predicti a predicta ecclesia seu a predicto episcopo ipsum alodem nostrum quod nos habemus in comitatu Russulionense, in villa Bruliano vel infra eius fines et termines, id est casas, casalibus, curtes, curtalibus, ortis, ortalibus, terras et vineas, molindinis, mundaribus cum illorum cursu et decursu, et cum ipsas riarias et cum ipsos sacrarios qui sunt prope Sancto Iohanne, cultum vel incultum, glatis, tam rusticum quam et urbanum, tam quisitum quam et inquirendum, ficulneis, pomiferis seu ceteris arboribus. Et in alio loco, infra terminio de Ortafano, in locum ubi vocant Stalag, simul dono ego Sundurla ad domum Sancte Eulalie et domino Soniario, episcopo, ipsas meas vineas quod ego ibidem habeo. Et in villa Securniano, que vocant Palatio Rodegario, vel infra eius fines et termines, et in villa Boniti vel infra eius termines, similiter dono terras et vineas, casas, casalibus, ortis, ortalibus, ficulneis pomiferis seu ceteris arboribus, cultum vel incultum, glatis, tam quisitum quam et inquirendum. Et in alio loco, in ipsa Rocha, in iamdicta villa vel infra eius fines et termines, similiter dono a predicta ecclesia et a predicto episcopo casas, casalibus, curtis, curtalibus, ortis, ortalibus, terras et vineas, molindinos, mundaes cum illorum caputaquis, cum cursi et decursu superioris et subterioris, cultum vel incultum, tam quisitum quam et inquirendum.

Et ego predictus Guimara dono a predicta ecclesia et a predicto episcopo ipsum alodem quod ego habeo in villa Bruilano, id est casa I cum ipso chintanale, et campo I infra termini de iamdicta villa; et infra terminio de ipsa Rocha vinea I; et in locum ubi dicunt Orsigano, ad ipso Volone, campo I.

Ista omnia superius scripta in iamdictis locis sic donamus a predicta ecclesia et a predicto episcopo ab omnem integritatem, cum exiis et regressiis earum, et cum illorum affrontationes. Et advenit mihi Sundurla per parentorum meorum tam per comparatione quam per excomutatione sive per qualicumque aquisitione, et michi Guimara advenit per scripturam quod michi fecit genitor meus, nomine Sundurla, in eius vero videlicet ratione: dum ego Sundurla vivus fuero, teneam et possideam et exfructare faciam cunctis diebus vite tue; post obitum vero meum remaneat ad domum Sancte Eulalie seu domno Suniario, episcopo, pro amore Dei et pro redemptione anime mee.

Quod si ego donator Sundurla et ego Guimara aut ullus homo vel sexus feminarum qui contra

ista scriptura donationis venerit pro irrumpendum, quantum ad eo tempore hec omnia superius scripta melioratum fuerit, in duplo vel triplo componere faciat domum Sancte Eulalie et domno Soniario, episcopo. Et inantea ista scriptura donationis firma et stabilis permaneat omni tempore.

Facta ista scriptura donationis sub die III kalendas septembris, anno XXII regnante Leutario rege, filio Ludoici regis.

Sig+num Sundurla, qui ista scriptura donationis fecit et testes firmare rogavit. Sig+num Guimara, qui ista donatione fecit et firmavit. Sig+num Meldredus. Sig+num Radulfus. Sig+num Suniefredus.

Stephanus presbiter, qui ista scriptura donationes scripsit et subscripsit sub die et anno quo supra.

496

7 SETEMBRE 976

DURAN I LA SEVA MULLER GUINEDELLA VENEN AL COMTE OLIBA [I DE Cerdanya-Conflent] L'ALOU DE LA VILLA BAÓ, AL COMTAT DE ROSSELLÓ, AMB L'ESGLÉSIA DE SANT VICENÇ I SANT JOAN I ELS SEUS DRETS, PER CENT SOUS. TENEN L'ALOU EN PENYORA DE LA DONA ORSÈN PEL FORFET COMÈS PEL SEU MARIT GUITART.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 53, perdut. — B. Extret del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 141, ex A. — C. Còpia del segle XVIII: París, BN, Col. Moreau, vol. 11, ff. 163-164, ex A.

a.* ABADAL, *Eixalada-Cuixà*, ap. 100, pàgs. 205-206, ex C.

In nomine Domini. Ego Durandus et uxor sua Guinedilles tibi Olibane, comite, vendimus alodem nostrum proprium qui nobis advenit ex carta impignoratione quod nobis impignoravit femina nomine Arsindes pro ipsa foresfactura quod fecit vir suus, nomine Guitardus.

Et est alodes in comitatu Rosolinense, ipsa villa quem vocant Basoni, cum fines et termines, exiis, regresiis eorum, et cum ipsa ecclesia que vocant Sancto Vincentio et Sancto Iohanne, et cum ipsas decimas et premicias et oblationes fidelium, et cum ipsas casas et casalibus, curtis, curtalibus, ortis, ortalibus, arboribus pomiferis et impomiferis, terris cultis vel incultis, vineis, vinealibus, pratis et paschuis, silvis et garricis, molinis et molinariis. Et habet affrontationes ipsa villa predicta: de una parte in ipso Bule vel in alode Sancti Stephani cenobii, de alia in ipso Solario de Orzone et in ipsa riba de termine Orlo, et de III^a parte in termine de Vila nova, de IIII^a parte in termine de Be-xano. Quantum infra istas affrontationes includunt sic vindimus tibi nos ipso iamdicto alode cum ipsa ecclesia, exceptus ipso maso cum ipsas terras quod Blanchetus tenet, et exceptus ipsum alium medium mansum cum ipsas terras quod Sanctus Stephanus tenet. Ipsud aliud sicut superius insertum est, totum ab integrum propter pretium solidos C^m.

Quare vero hec omnia predicta de nostro iure in tuo tradimus potestate et exinde facere quod volueris firmissimam habeas potestatem. Quod si nos vinditores aut ullus vivens homo qui ista scriptura vinditionem inquietare presumserit non hoc valeat vindicare sed componat in duplo cum sua melioratione; et non sit discripta nulloque tempore.

Facta scriptura vindicione VII idus septembris, anno XXII regnante Leutario rege.

Signum Durandus, Signum Vinedilles, simul in unum, qui ista scriptura vinditione scribere iussimus et testes rogavimus firmare. Signum Richelmus. Signum Amalricus. Signum Bonushomo. Miro levita.

Signum Vives presbiter, qui ista scriptura vindicione rogatus scripsi et subscripsi die et anno quod supra.

497

28 SETEMBRE 976

HOM FA UNA DONACIÓ [AL MONESTIR DE SANTA MARIA D'ARLES].

[O]. Original perdut. — [A]. Regest, potser de 1586, en l'Inventari de l'arxiu del monestir d'Arles fet per Agullana, pàg. 48 EE. — B.* Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 237, ex A.

El regest de Fossà diu: «Alia (donatio); anno 23 regnante eodem (Leutario), 4 calendas octobris».

498

2 GENER 977

ABBÓ I LA SEVA MULLER SUNLÓ VENEN A BERNAT, VESCOMTE [DE CONFLENT], UNES CASES I DOS MORERS QUE TENEN PER COMPRA A LA VALL DEL CONFLENT, DINS ELS CONFINES DE LA VILLA ESTOER, PEL PREU DE TRES SOUS.

O.* La Seu d'Urgell, AC, perg. núm. 96. Al dors: «K[arta] de Astover» (s. XIII-XIV).

a. BARAUT, *Els documents, dels segles IX i X*, núm. 170, pàgs. 119-120, i làmina 12, ex O.

In nomine Domini. Ego Abbo et uxor mea Sunlo vinditores sumus tibi Bernardo, vicehomite, emtoris. Per hanc scripturam vindicionis nostre vindimus tibi chassas cum ipsa curte, cum exio et regresio suo et ipso superposito cum ipsos morarios II, qui nobis advenit de comparacione.

Et sunt ipsas chasas cum ipsa curte, cum exio et regressio suo et cum ipso superposito et cum ipsos morarios II, in val de Confluente, infra fines de villa Astovere,¹ in ipsa villa. Et afrontant ipsas chasas: de II latius de me comparatore, et de III in chassa Elleberto vel eredes suos, et de IIII in ipsa via. Quantum in istas afrontaciones includunt de ipsas chassas cum ipsa curte et cum ipsos morarios II et cum exio et regresio suo, sic vindimus vobis ab integro propter precium solidos III et nichilque de ipso precio apud vos emtores non remansit; est manifestum.

Quem vero de nostro iuramus in tuo trado tibi dominio abeas potestatem. Quod si nos vinditores venerimus aut ullus homo qui contra ista scriptura vindicionis venerit inrumpendum induplamus tibi perpetim abitura; hec vindicio firmis permaneat omnique tempore.

Facta vindicio IIII nonas ienuarii, anno XXIII regnante Leutario rege, filio Ludovici.

Sig+num Abbo, [Sig+num Sunlo,] qui ista vindicione fecimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Wifredo. Sig+num Martino. Sig+num Ballomares.

Witardus presbiter, qui ista vindicione scripsit et SSS. die [et]² anno quod supra.

1. *Segueixen els mots in loco, ratllats.* — 2. *Manca.*

GUINEDELLA, DITA DODA, ERMEMIR, GUI SAD, ISARN, SALLA LEVITA, GUILLEM I OLIBÀ, MARMESSORS DEL DIFUNT LEUDEVÍ, DONEN AL CENOBI DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ L'ALOU DE VALLESTÀVIA, SITUAT A LA VALL DEL CONFLENT, EN EL SUBURBI D'ELNA, A LA VALL DE LENTILLÀ, I EN FIXEN LES AFRONTACIONS.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 115, perdut. — B. Còpia del segle XVIII: París, BN, Col. Moreau, vol. 12, f. 1, ex A. — C. Còpia del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 239, pàg. 69, peça 365, ex A.

a.* ABADAL, *Eixalada-Cuixà*, ap. 101, pàgs. 206-207, ex B.

In Christi nomine. Nos pariter, id est Winilles, que alio nomine vocant Doda, et Ermemirus et Wisado et Isarnus et Salla et Guillelmus et Oliba, qui sumus manumissores vel helemosinarii de homine condam nomine Leudevino, facimus cartam pro eius anima ad cenobium Sancti Michaelis vocitatum Coxano de suo proprio alode qui dicitur Stavia.

Et est ipsa alodes in valle Confluente et in suburbio Elenense, in valle Nintillani. Et habet affrontationes: de I parte in Marveto¹, et de alia in serra de Leco, de III in serra de Leboraria, de IIII^a in monte Canigoni. Quantum infra istas IIII affrontationes predictus Ledevinus habuit vel habere debuit pro qualicumque voce in predicta Stavia vel infra eius terminos, sic donamus, concedimus atque tradimus ad predictum cenobium, ita ut ab hac die abbas et monachi ibidem habitantes teneant, possideant, et que exinde regulariter facere voluerint liberam in Dei nomine habeeant potestatem.

Quod si nos aut aliquis hominum contra hanc cartam venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare sed predicta omnia in duplo componens maledictionibus subiaceat. Et hec charta firma et stabilis persistat.

Facta charta eleemosinaria VII idus februarii, anno XXIII regnante rege Leutario, Ludoigi regis filio.

Signum Winidilles, qui alio nomine vocar Doda, Ermemirus, Signum Wissado, Signum Isarnus, Salla levita christianus, Signum Guillelmus, Signum Oliba, qui hanc cartam fecimus et testes firmare rogavimus. Signum Adroarius. Signum Salamon.

Signum Guifredus presbiter atque monachus, qui hanc chartam scripsit et subscripsit die et anno quo supra.

1. Marvelo a.

ESTEVE, PREVERE, TEDLÈN I GISCAFRED DONEN AL MONESTIR [DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ] UNA VINYA SITUADA A ILLA.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 91, perdut. — B.* Extret del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 156, ex A. — C. Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 239, pàg. 55, peça 255, ex A.

El regest de Fossà, que completa l'extret parisenc, diu: «Autre (donation) d'une vigne *ibidem* (Ille) faite au dit monastère par Etienne, prêtre, Teudelennis, femme, et Guschafred, le 14 des kalendes de mars, année XXIII du même règne (de Lothaire)».

In nomine Domini. Ego Stephanus, presbiter, [...].

Facta ista carta donatione XIII kalendas marci, anno XX° III° regnante Leutario rege, filio Ludovici.

[...].

501

18 FEBRER 977

ELS ESPOSOS LLOMBARD I SESNANDA VENEN A LA VESCOMTESSA RANLÓ [DE CONFLENT] UNA TERRA I LA MEITAT D'UNA CORT QUE TENEN PER HERÈNCIA I PER COMPRA EN EL SUBURBI D'ELNA, A LA VALL DEL CONFLENT, DINS ELS CONFINIS DE LA VILLA ESTOER, EN EL LLOC DIT LA «CINTA», PEL PREU DE CINC SOUS.

O.* La Seu d'Urgell, AC, perg. núm. 98. Al dors: «[De] Astover» (s. XIII-XIV).

a. BARAUT, *Els documents, dels segles IX i X*, núm. 172, pàgs. 121-122, ex O.

In nomine Domini. Ego Lonchovardus et uxor mea Sesenanda vinditores sumus tibi Ranlone vissechometissa, emtores. Per hanc scripturam vindicionis nostre vindimus tibi terra nostra et de ipsa curte qui fuit de Berano ipsa medietate, qui nobis advenit de parentorum vel de comparacione. Est ipsa terra cum ipsa¹ curte in suburbio Elenense, in val de Confluente, infra fines de villa Astovere, in locho que vochant ad ipsa Cinta. Et afrontat ipsa terra: de I latus in terra Mirone, et de alia in terra de me comparatrice, et de III in ipsa strada, et de IIII in ipsas vineas.

Quantum in istas afrontaciones includunt de ipsa terra sic vindo tibi ab integro et de ipsa curte ipsa medietate quod superius ressonat ab integro, propter precium solidos V et nichilque de ipo precio apud te emtrice non remansit, est manifestum. Quem vero de nostro iuramus in tuo tradimus tibi dominio abeas potestatem. Quod si nos vinditores venerimus aut ullus homo qui contra ista scriptura vindicionis venerit ad inrumpendum induplamus tibi perpetim abitura, hec-ista vindicio firmis permaneat omnique tempore.

Facta vindicio XII kalendas marci, anno XXIII regnante Leutario rege, filio Ludovici.

Sig+num Lonchovardus, Sig+num Sesenanda, qui ista vindicione fecimus et testes firmare rogamus. Sig+num Unifredo. Sig+num Tudulfo. Sig+num Wadalfo.

Witardus presbiter, qui ista vindicione scripsit et SSS. die [et]² anno quod supra.

1. *Repeteix* cum ipsa. — 2. *Manca*.

502

18 JULIOL 977

FLODERAN I ELS ALTRES MARMESSORS DE GUIDEBAU DONEN AL CENOBI DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ L'A-
LOU QUE TENIA EN EL SUBURBI D'ELNA, A LA VALL DEL CONFLENT, DINS ELS CONFINIS DE LA VILLA FU-
LLÀ, DE LA VILLA CONAT I DEL VILAR LLÚGOLS, AIXÍ COM EN ELS LLOCS DE MONTORIOL I NABILLES.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 117v, perdut. — B.* Extret
del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 168, ex A. — C. Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO,
fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 239, pàg. 70, peça 376, ex A.

El regest de Fossà, que completa l'extret parisenc, diu: «Autre (donation) par Floderandus et les autres
exécuteurs testamentaires du nommé Guidebaud de son alleu à Fulla, Conat, Lugols, etc., du XV des kalendes
d'aout, année XXIII du règne de Lothaire».

In Dei nomine. Ego Floderandus [...] ut scriptura fecissemus de aliquit alodem suum ad domum
Sancti Michaelis archangeli qui est situs in valle Confluente cenobium Coxano, sicuti et facimus, ca-
sas et vineas et terras qui sunt in suburbio Elenense, in valle Confluente, infra fines de villa Foliano
vel in ibidem villa seu et infra fines de villa Cognaddo vel in villare Lugulus et sunt in villa Foliano
[...]. Et est ipsa I^a terra in locum que vocant Monte Oriolo [...]. Et ipsa casa qui est in Nabinlas [...].

Facta carta donationis XV^o kalendas augusti, anno XX^o III regnante Leutario rege, filio Lu-
devici.

[...].

503

15 NOVEMBRE 977

ELS BISBES MIRÓ DE GIRONA I FRUJÀ D'OSONA, DAVANT DELS COMTES OLIBA [I DE CERDANYA-CON-
FLENT] I BORRELL [II DE BARCELONA-OSONA], DELS ABATS I CANONGES PRESENTS I DE MOLTS ALTRES
CLERGUES I LAICS, CONSAGREN L'ESGLÉSIA DE SANTA MARIA DEL MONESTIR DE RIPOLL. AMB AQUEST MO-
TIU EL COMTE OLIBA PROMULGA UN DECRET, ACORDAT PELS BISBES FRUJÀ D'OSONA, MIRÓ DE GIRONA,
GUISAD D'URGELL, SUNYER D'ELNA I VIVES DE BARCELONA I PELS ESMENTATS COMTES OLIBA I BOR-
RELL I PEL COMTE GAUSFRED [I DE ROSSELLÓ-EMPÚRIES], CONFIRMANT AL CENOBI TOTS ELS PRIVILEGIS
I DONACIONS, PRESENTS I FUTURS.

Vegeu *Catalunya carolíngia. Els comtats d'Osona i Manresa*, núm. 1242, pàgs. 893-895.

504

[971-977]

SUNYER, BISBE D'ELNA, EXCOMUNICA I ANATEMATITZA EL LEVITA VOLVERAD I ELS ALTRES HOMES I DO-
NES, TANT CLERGUES COM LAICS, QUE HAN GOSAT ENVAIR ELS DOMINIS I LES PARRÒQUIES DELS COMTATS

DE VALLESPÍR I DE CONFLENT PERTANYENTS A LA SEU I A LA DIÒCESI DE SANTA EULÀLIA [D'ELNA]. TAMBÉ EXCOMUNICA ELS PREVERES DE LES ESGLÉSIES DE LES MATEIXES PARRÒQUIES QUE GOSIN BATEJAR-HI, ENTERRAR-HI O CELEBRAR-HI MISSES SENSE LA SEVA LLICÈNCIA, PRÈVIA ESMENA. EXCLOU DE L'EXCOMUNIÓ I DE L'ANATEMA EL COMTE OLIBA [DE Cerdanya-Conflemt] I EL SEU GERMÀ, EL BISBE MIRÓ [DE GIRONA, COMTE DE BESALÚ-VALLESPÍR], AIXÍ COM ELS CENOBIS DE SANT MIQUEL [DE CUIXÀ] I SANTA MARIA DE VALLESPÍR [O D'ARLES].

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia de 1140-1147 en el Cartoral d'Elna, perdut.

a.* BALUZE, *Capitularia*, París, 1677, vol. II, cols. 673-674, i Venècia, 1773, vol. II, cols. 465-468, ex A.

RE: *Marca hispanica*, col. 401. — *Gallia christiana*, vol. VI, col. 1037. — PONSICH, *Le Conflent et ses comtes*, pàgs. 279-281.

Aquest decret episcopal d'excomunió no porta data. No obstant això, cal datar-lo entre l'any 971, en què el comte Miró esdevingué bisbe de Girona, i les acaballes del 977, en què el bisbe Sunyer d'Elna encara vivia (Doc. 503), si no més enllà. El levita Volverad havia rebut una donació del bisbe Riculf d'Elna el 23 d'agost de 959 (Doc. 397) i subscrigué l'escriptura de donació que feren a favor de la seu elnense la comtessa Ava i el seu fill Sunyer, bisbe d'Elna, el 30 de juliol de 972 (Doc. 469). Això últim mostra que en l'esmentada data tenia bones relacions amb el bisbe Sunyer i, per consegüent, és probable que l'excomunió i els fets que la provocaren tinguessin lloc posteriorment.

Quamvis igitur sint aliqui in cursu huius declivi temporis qui propter desiderium regni caelorum Christo favente a noxiis vitiorum sordibus se abstrahant et ad compunctionem laudabilem assidue se provocent, tamen e contra existunt plures Ecclesiae catholicae inimici, qui instinctu diaboli tamdiu se pestilentissimis damnabilis cloacae foetoribus praefocant quandiu rei et nudi in profundissimis gehennae flammis aeterna damnati morte descendant, nihil secum praeter peccata portantes. Huius rei causa extant quidam pervasores sanctae matris Ecclesiae, qui se fatentur christianos esse, et non sunt, sed sunt synagoga Satanae, videlicet quia iustitiam Dei deferentes, et suam volentes constitutare, iustitiae Dei non sunt subiecti; sed substantias sanctarum ecclesiarum, acsi immanissimi lupi, rapientes, corpora et animas suas diabolo tradere non dubitavere, inretiti laqueis illius.

Quapropter ego Sugnerius, favente larga clementia Christi, episcopus sanctae sedis Helenensis, excommunico et anathematizo cum clero mihi commissio tam viros quam mulieres, tam clericos quam laicos, eos videlicet et Volveradus levita, qui ausi fuerunt inrumpere et invadere substantias seu parrochias quae ad sedem Sanctae Eulaliae seu diocesim pertinere videntur, quae sunt in comitatu Valle Asperi et in comitatu Confluenti; ita ut excommunicati et abominati permaneant et sequestrati a liminibus sanctae matris Ecclesiae, nisi ad satisfactionem et emendationem infra istos octo dies venerint, et ecclesias quas violenter rapuerunt ad sedem Sanctae Eulaliae reddiderint, et honorem et debitum et census qui mihi ex ipsis ecclesiis debetur reddiderint. Presbyteros etiam ipsarum ecclesiarum, qui baptizare vivos vel sepelire mortuos aut missas canere vel aliquod sacrum ministerium in eis extra voluntatem meam facere ausi fuerint, simili modo excommunico et anathematizo; ita ut non habeant licentiam baptizare quemquam vel sepelire aut¹ missas canere vel aliquod sacrum ministerium celebrare usque ad satisfactionem et emendationem veniant.

Ab hoc igitur anathematizationis et excommunicationis vinculo excludimus Olibanum comitem et Mironem fratrem eius, episcopum, coenobium eius Sancti Michaelis et omnes habitantes in eo, et coenobium Sanctae Mariae in Valle Asperi; ita tamen ut non recipiant illos, neque habeant cum eis

colloquium aut ullam participationem, quos nos excommunicamus. Quod si fecerint, in eodem excommunicationis et anathematizationis vinculo permaneant.

Ab hodierna igitur die constituimus ei terminum usque ad octo dies, ut veniant ad satisfactionem et congruam emendationem omnes qui ecclesiae diocesis Sanctae Eulaliae sine voluntate mea, id est Sugnerii episcopi, invadere aut tenere praesumpserint vel praesumunt et honorem et debitum et censum qui mihi ex ipsis ecclesiis debetur reddiderint. Sin autem emendare noluerint, omnes personae, sive laici sive presbyteri sive feminae, qui contra voluntatem meam iniuste tenere ecclesias et censum earum, sicut iam diximus, praesumpserint, quae sunt diocesis Sanctae Eulaliae, vel presbyteri qui in eas aliquod sacrum ministerium super excommunicationem meam celebrare praesumpserint, et omnes consentientes et adiutores eorum, sint anathema maranatha et sint excommunicati et a liminibus sanctae matris Ecclesiae expulsi, et a consortio omnium sanctorum extranei, et a corpore ac sanguine Domini nostri Iesu Christi alieni, et a consortio christianae religionis segregati, nisi ad dignam poenitentiam atque satisfactionem infra suprascriptum tempus coram Deo et coram me venerint, cuius vicem veri pastoris fungimur, quamvis indigni.

Quem et supplices deprecamur ut oris nostri alloquio aurem pietatis accommodans, quos excommunicamus excommunicet et quos anathematizamus anathematizet, unus et verus Deus, Dominus noster Iesus Christus, qui venturus est iudicare vivos et mortuos et seculum per ignem, amen.

1. ad a.

505

[967-977]

SUNYER, BISBE D'ELNA, SUBSCRIU LA DOTALIA DE L'ESGLÉSIA DE SANT MARTÍ DE BAUSITGES [TERME D'ESPOLLA], SITUADA EN EL TERRITORI DE PERALADA, CONSAGRADA PEL BISBE GOTMAR[II] DE GIRONA EL 15 DE DESEMBRE DE 946.

Vegeu *Catalunya carolíngia. Els comtats de Girona, Besalú, Empúries i Peralada*, núm. 271, pàgs. 248-250.

506

1 MARÇ 978

GARÍ, ABAT DE CUIXÀ, ACOMPANYAT D'UN MESTRE D'OBRES MOLT EXPERT, ACUT AL MONESTIR DE SANT HILARI [DE CARCASSONA], ON L'ESMENTAT MESTRE, FETES LES OPORTUNES EXPLORACIONS, DESCOBREIX L'ANTIC SEPULCRE DE SANT HILARI. LA INVENCió I EL TRASLLAT DEL COS D'AQUEST SANT A UN NOU SEPULCRE SE CELEBRA SOLEMNEMENT AMB ASSISTÈNCIA DEL COMTE ROGER I DEL BISBE FRANCO DE CARCASSONA, DELS ABATS GARÍ I BENET, D'UNA MULTITUD DE PRÒCERS I CLERGUES ILLUSTRES I D'UNA GERACIÓ DE PAGESOS.

[O]. Original perdut, antigament al monestir de Sant Hilari de Carcassona. — A. Còpia de Gratian Capot, feta vers 1665-1670: París, BN, Col. Doat, vol. 71, ff. 280-282v, ex O.

- a. *Histoire générale de Languedoc*, vol. II, París, 1733, *preuves*, núm. CV, cols. 120-122, ex O. — b. *Gallia christiana*, vol. VI, *instrumenta ecclesiae Carcassonensis*, núm. XVI, cols. 426-427, ex a. — c. MABILLON, *Acta sanctorum ordinis sancti Benedicti*, vol. VII, pàgs. 542-543, ex a. — d. *Histoire générale de Languedoc*, vol. V, Tolosa, 1875, *preuves*, núm. 119, ex a. — e.* ABADAL, *Eixalada-Cuixà*, ap. 102, pàgs. 207-208, ex Acd.

Les notícies sobre el monestir de Cuixà i el seu abat Garí contingudes en aquest document en justifiquen la inclusió en aquest diplomatarí. Es tracta d'un text hagiogràfic d'invenció de relíquies, amb els miracles corresponents, al qual s'afegí el privilegi concedit pel comte Roger de Carcassona, potser en un moment en què els drets del monestir eren conculcats. Per tant, donem l'única data que apareix en el text, 1 de març de 978, però amb el benentès que fou redactat posteriorment.

Anno Incarnationis Domini DCCCCLXXVIII, kalendas martii, apud provinciam Karkassensem, imperante Rogerio comite eiusdem provinciae, praesulatus etiam decus regente praesule Francone, in coenobio almi Hilarii presidente Benedicto abbate, ab eorum nutu vel providentia actum est concilio inito cum provincialibus episcopis et abbatibus. Sanctissimi praesulis et in mirabilibus clari domini Hilarii artus, qui humo tegebantur a tellure, subreptos post altare, quod ipse olim egregius sanctusque Hilarius unacum vicinis circumquaque commanentibus episcopis consecraverat, cum honore tumularent. Quamobrem in praestito die kalendarum martii conglobati sunt pariter praedicti proceros, id est, Rogerius comes cum coniuge sua Adalais et domnus episcopus Franco et abbates Warinus et Benedictus caeterorumque tam procerum quam etiam illustrissimorum virorum et clericorum insignis turma, nec non et pagensium utriusque sexus copiosa plebs, in praedicto coenobio.

Adduxerat autem praefatus abbas secum a radicibus Pyrenei montis exque arcisterio Coxiano, in honore Agii Stratiotis Urani¹ constructum, structorem miri laboris virum. Hic, cum trepidare cerneret ad tangendum sancti viri locellum non solum clericos sed etiam abbates atque pontificem, fideliter accessit, et mausolaeum cum calibe dissolutum patefecit; cumque ipse artifex et plurimi qui circumstabant perspicacibus oculis, beati viri vellent videre corpusculum, quia apertum erat vas, per unius fere horae spatium, ita vacuum viderunt sepulchrum ut nihil in eo nisi solum saxum inspicerent; unde maestificati omnes qui aderant, cum magno gemitu flectentes genua, coeperunt Dominum enixius exorare. Ut autem saepius ipse artifex obtutus coepit reducere ad vas, illico sanctum conspexit corpus et Deo gratias clamavit, addens et dicens: «Ecce sancti Hilarii corpus hic habetur totum». Quod omnes audientes aspexerunt et ita, ut ipse clamabat, viderunt.

Exinde dum cum laudibus defertur super altare a pontifice et caeteris fidelibus, odor suavissimus emanavit de sancto corpore; et extemplo caecus quidam qui aderat illuminatus est. Quo viso, episcopus unacum abbatibus caeterisque fidelibus magno cum gaudio laudes coeperunt in altissimis reboare Domino. Apertis denique eiusdem basilicae ianuis, qui prae foribus erant intrantes et miracula aspicientes, Dominum laudabant gaudentes. Dehinc missa a praesule celebrata, et post excubias totam per noctem expletas, dies alter inluxerant in qua plebs innumerabilis ex urbibus circumadstantibus advenerat. Cumque a praesule, ut decebat, recineretur missa, statim ut benedictionem dedit super populum, puerulus quidam a suo patre adductus, qui a matris alvo fuerat caecus, apertis oculis, luminis huius coepit aspicere decus. Quanta autem sint tunc in plebibus gaudia facta, nullo modo potest effari humana lingua. Sed quid dicam? Tanta hunc temporis facta sunt miracula per sancti Hilarii gloriosa merita, quanta per hominum ora nequeunt loqui haec labra. Posuerunt autem, ut decebant, beatissimi viri membra post altaris arulam in saxea arca, et in utroque latere duorum suorum alumnorum Benedicti Celsique indiderunt corpora. In quo loco Dominus, per sancti Hilarii sociorumque eius merita insignia, quotidie non desistit patrare miracula.

Hoc autem statuimus non esse omitendum, quod praedictus Rogerius comes spoponderat ante sanctissimi Hilarii sepulchrum, ut se permitteret propalari in publicum omnem redditum quod ab antiquis comitibus seu a se fuerat in eodem coenobio quolibet modo impositum, nullatenus ab aliquo vel a se deinceps esse exigendum; quod et factum est. Nam cum ossa sancti viri essent super altare reposita, praefatus princeps sua cum coniuge, accepto libello regulae, remisit in manibus episcopi et abbatis, ita dicens: «Ab hac hora nullum censum nullumque servitium hoc reddat monasterium, sed secundum regulam sancti Benedicti post huius abbatis obitum eligant sibi abbatem, et nullus comes neque episcopus de ordinatione illa audeat accipere servitium. Sed neque de allodibus, neque de rebus eiusdem monasterii audet quislibet aliquid tangere contra voluntatem abbatis, vel monachorum». Spopondit autem et privilegium atque praeceptum eidem coenobio acquisiturum, et duodecim monachos omni anno vestiturum. Cuius rei testes sunt tam episcopus quam abbates et caeteri qui aderant utriusque sexus vel ordinis.

Hanc autem scripturam censuimus, qui adfuimus, in sepulchro beati Hilarii esse ponendam, poscentes eum, ut ipse pro nobis Dominum exoret quatenus cum illo vitam perfruamur aeternam per cuncta saeculorum saecula. Amen.

1. *El sant guerrer celestial, és a dir, sant Miquel arcàngel.*

507

15 MARÇ 978

RADULF FA UNA DONACIÓ [AL MONESTIR DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ].

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 72, perdut. — B.* Extret del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 151v, ex A.

In nomine Domini. Ego Radaulfus¹ [...].

Facta ista donationis idus marci, anno XXIII regnante Leutario rege, filii Leudevici regi. [...].

1. Radailfus B.

508

5 ABRIL 978

EL PREVERE ANSEMON DÓNA AL MONESTIR DE SANT PERE DE CAMPRODON DIVERSOS BÉNS QUE TÉ EN EL COMTAT DE BESALÚ. TAMBÉ LI DÓNA UNA VINYA QUE TÉ EN EL COMTAT D'ELNA, A LA VALL DEL CONFLENT, A LA VILLA ESCARÓ.

Vegeu *Catalunya carolíngia. Els comtats de Girona, Besalú, Empúries i Peralada*, núm. 446, pàgs. 398-399.

509

26 ABRIL 978

BELL I LA SEVA ESPOSA ERMENGARS DONEN AL MONESTIR [DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ] UNA PROPIETAT SITUADA EN EL TERRITORI D'ILLA.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 92v, perdut. — B.* Extret del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 156v, ex A. — C. Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 239, pàg. 56, peça 261, ex A.

El regest de Fossà, que completa l'extret parisenc, diu: «Donation faite au dit monastère par Bellus et son épouse Ermenkarde d'un tènement au terroir d'Ille *ab omnem integritatem*, du VI des kalendas de mai, année XXIII du règne de Lothaire».

In nomine Domini. Ego Bellus [... *ab omnem integritatem*].

Facta ista carta donacione cum exio et regressio earum *ab omnem integritatem* VI kalendas maii, anno XXIII regnante Leutario rege, filio Ludevici.

[...].

510

17 NOVEMBRE 978

SUNYER I ELS ALTRES MARMESSORS D'UNA DONA ANOMENADA LINGÜES DONEN [AL MONESTIR DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ] UN ALOU SITUAT A LA VILLA FINESTRET, MÉS ENLLÀ DEL RIU LENTILLÀ.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 115, perdut. — B.* Extret del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 166v, ex A. — C. Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 238, pàg. 20, ex A. — D. Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 239, pàg. 69, peça 366, ex A.

Els regests de Fossà, que completen l'extret parisenc, diuen: «Donatio facta per manumissores Lingis feminae dicto coenobio de alodio in villa Fenestreto, ultra ipsam aquam Lintilliani contra toro. 15 kal. decembris, anno 25 regnante Leuthario filio Ludovici» (C) i «(Donation) par Suniarius et les autres exécuteurs testamentaires d'une femme appelée Lingis de son alleu au terroir de Fenestret, du XV des kalendes de décembre, année XXV du règne de Lothaire» (D).

In nomine Domini. Nos Suniarius, Tulgas, Fortis [...] [Finestret] [...].

Facta carta helemosinaria XV kalendas decembris, anno XXV regnante Leutario rege, filio Ludevici.

[...].

511

[VERS 942-978]

HOM FA TESTAMENT I, ENTRE ALTRES LLEGATS, DÓNA TOT EL QUE TÉ EN EL COMTAT DE CONFLENT AL CENOBI DE SANT JOAN [DE LES ABADESSES].

Vegeu *Catalunya carolíngia. Els comtats d'Urgell, Cerdanya i Berga*.

Regest redactat ex JUNYENT, *Diplomatari de la catedral de Vic*, núm. 363, pàg. 304 (amb data de [964]).

512

19 GENER 979

ELS ESPOSOS PRIM I SILÍDIA VENEN AL VESCOMTE BERNAT [DE CONFLENT] I A LA SEVA MULLER GUILLA UNA TERRA QUE TENEN PER COMPRA EN EL SUBURBI D'ELNA, A LA VALL DEL CONFLENT, DINS ELS CONFINIS DE LA VILLA ESPIRÀ, EN EL LLOC DIT LA «PEDA», PEL PREU D'UN SOU.

O.* La Seu d'Urgell, AC, perg. núm. 103. Al dors: «De Aspira» (s. XIII-XIV).

a. BARAUT, *Els documents, dels segles IX i X*, núm. 181, pàgs. 126-127, ex O.

In nomine Domini. Ego Primus et uxor sua Silidia vinditores sumus vobis Bernardo vicescomite et uxor sua Wisla, hemtores. Per hanc scriptura vindicionis vindimus vobis terra nostra qui nobis advenit de comparacione et est ipsa terra in suburbio Elenense, in valle Confluente, infra fines de villa Aspirano, in locum que vocant ad ipsa Peda. Et affrontat ipsa terra: de uno latas in vinea Malangeico, et de II in terra de nos eredes, et de III in ipsa serra, et de IIII in maleo de Malangeigo vel in ipso torrente.

Quantum infra istas totas affrontaciones includunt de ipsa terra ab ipsa complantacione sic vindimus vobis ab omnem integritatem, cum omni voce posesionis sue, cum fundus et lemitibus earum, cum exio vel regresio suo, propter pre[cio]¹ solido I et de ipso precio aput vos emtores nihil non remansit; est manifestum.

Quem vero ipsa omnia quod superius resonat de nostro iuravamus in vestro tradimus vobis dominio, abeat potestatem facere quod volueritis. Quod si nos vinditores aut ulusque homo qui contra hanc-ista scriptura vindicionis venerit ad isrumpendum aut nos venerimus, quantum ad eodem tempore ipsa omnia quod superius resonat immelioratum fuerit induplamus vobis perpetim abitura. Hec vindicio firmis et stabilis permaneat omnique tempore et non sit disrupta.

Facta scriptura vindicionis XIII kalendas febroari, anno XXV regnante Leutario rege, filio Ludovici regis.

Sig+num Primo, Sig+num Silicia, nos qui ista scriptura vindicione fecimus et firmamus et testes firmare rogavimus. Sig+num Clauderedo. Sig+num Teudemare. Poncone SSS.*

Asperius presbiter, qui ista scriptura vindicione scripsi et SSS. die et anno quod supra.

1. Manca, per abreujament.

513

20 GENER 979

ELS ESPOSOS EINARD I TRUITELL VENEN A BERNAT [VESCOMTE DE CONFLENT] I A LA SEVA MULLER GUILLA UN MALLOL QUE TENEN PER COMPRA EN EL SUBURBI D'ELNA, A LA VALL DEL CONFLENT, DINS ELS CONFINIS DE LA VILLA ESTOER, EN EL LLOC DIT «MALIOLAS», AL «GENEBRELLO», PEL PREU DE DOS SOUS.

O.* La Seu d'Urgell, AC, perg. núm. 104. Al dors: «De Astover» (s. XIII-XIV).

a. BARAUT, *Els documents, dels segles IX i X*, núm. 182, pàg. 127, ex O.

In nomine Domini. Ego Einardo et uxor mea Tructille vinditores sumus vobis Bernardo et uxor mea Wisla, emtores. Per hanc scripturam vindicionis nostre vindimus vobis maliolo qui nobis advenit de comp[?]antacione¹. Est ipse maliolus in suburbio Elenense, in val de Confluente, infra fines de villa Astovere, in loco que vocant Maliolas, ad ipso Genebrello. Et afrontat ipse maliolus: de I latus in vinea Elleberto, et de alia in vinea Sancti Stephani, et de III in terra Ranlone, et de IIII in vinea Eichone.

Quantum in istas afrontaciones includunt de ipso maliolo sic vindimus vobis ipsa nostra medietate ab integro, propter precium solidos II; et nichilque de ipso precio apud vos emtores non remansit; est manifestum.

Quem vero de nostro iuramus in vestro tradimus vobis dominio, [a]beatis² potestatem. Quod si nos vinditores aut ullusque homo qui contra ista scriptura vindicionis venerit ad isrumpendum aut nos vinditores venerimus induplamus vobis perpetim abitura. Hec-ista vindicio firmis permaneat omnique tempore.

Facta scriptura vindicio XIII kalendas febroarii, anno XXV regnante Leutario rege, filio Ludovici.

Sig+num Einardo, Sig+num Tructille, qui ista vindicione fecimus et testes firmare rogavimus. Vives presbiter SSS.* Wifredus presbiter SSS.* Sig+num Loncovardo.

Witardus presbiter, qui ista vindicione scrissi et SSS. die [et]³ anno quod supra.

1. Manca [l]. — 2. [a] *illegible per un forat*. — 3. Manca.

514

22 FEBRER 979

MIRÓ, COMTE [DE BESALÚ] I BISBE DE GIRONA, DICTA TESTAMENT I, ENTRE ELS MOLTS LLEGATS QUE DISPOSA, DEIXA AL CENOBI DE SANTA MARIA D'ARLES LA PART QUE TÉ DE L'ESGLÉSIA DE SANTA MARIA DE COSTOJA I AL CENOBI DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ L'ALOU QUE TÉ A LA VALL DEL CONFLENT, A LA VILLA FULLÀ; L'ALOU QUE TÉ AL COMTAT DE BESALÚ, A LA VILLA HORTMOIER I A «SALSELAS»; I DIVERSOS BÉNS QUE TÉ AL COMTAT DE CERDANYA, A LA VALL DE BROCÀ O DE LILLET, ALS LLOCS DE CERCS, RIUTORT I VALLFOGONA.

Vegeu *Catalunya carolíngia. Els comtats de Girona, Besalú, Empúries i Peralada*, núm. 453, pàgs. 409-413.

515

11 MARÇ 979

ADROER, LA SEVA ESPOSA ELVIRA I ERMESÈN VENEN A BERNAT [VESCOMTE DE CONFLENT] I A LA SEVA MULLER GUILLA DUES PECES DE VINYA I UNA DE TERRA QUE TENEN PER HERÈNCIA EN EL SUBURBI D'ELNA, A LA VALL DEL CONFLENT, DINS ELS CONFINIS DE LA VILLA ESPIRÀ, EN EL LLOC DIT LA «PEDA», PEL PREU DE DOS SOUS.

O.* La Seu d'Urgell, AC, perg. núm. 105. Al dors: «K[arta] de villa Aspirano» (s. XIII-XIV).

a. BARAUT, *Els documents, dels segles IX i X*, núm. 184, pàg. 128, ex O.

In nomine Domini. Ego Adrovario et uxor mea Adalvira et Ermesinda vinditores sumus vobis Bernardo et uxor tua Gisla, emtores. Per hanc scripturam vindicionis nostre vindimus vobis pecia II¹ de vineas et pecia de terra qui nobis advenit de parentorum. Et sunt ipsas pecias de vineas in suburbio Ele-nense, in valle Confluente, infra fines de villa Aspirano, in loco que vocant ad ipsa Peda. Et afrontant ipsas II pecias de vineas cum ipsa terra de totesque partes in vinea vel in terra de nos comparatores.

Quantum in istas afrontaciones includunt de ipsas pecias de vineas cum ipsa terra sic vindimus vobis ab integro propter precium solidos II et nichilque de ipso precio apud vos emtores non [re]mansit²; est manifestum.

Quem vero de nostro iuramus in vestro tradimus vobis domi[ni]o³, abeatis potestatem. Quod si nos vinditores venerimus aut ullus homo qui contra ista scriptura vindicionis venerit ad isrumpendum induplamus vobis perpetim abitura. Hec-ista vindicio firmis permaneat omnique tempore.

Facta ista scriptura vindicio V idus marcii, anno XXV regnante Leutario rege, filio Ludovici.

Sig+num Adrovario, Sig+num Adalvira, Sig+num Ermesinda, qui ista vindicione fecimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Contaleco. Sig+num Ennecho. Sig+num Recemiro.

Witardus presbiter, qui ista vindicione scripsit et SSS. die [et]⁴ anno quod supra.

1. I *corregit*. — 2. *Manca* [re]. — 3. *Manca* [ni]. — 4. *Manca*.

516

6 MARÇ 979

BONFILL DÓNA AL MONESTIR DE SANT MIQUEL I SANT GERMÀ DE CUIXÀ L'ALOU QUE TÉ EN EL COMTAT DE ROSSELLÓ, A BULATERNERA.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 48, perdut. — [B]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 95, perdut. — C. Extret del segle XVII: París, BN, Col. Baluze 117, f. 134, ex A. — D.* Extret del segle XVII: París, BN, Col. Baluze 117, f. 157, ex B. — E. Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 239, pàg. 57, peça 275, ex B.

a.* ABADAL, *Eixalada-Cuixà*, ap. 103, pàg. 209, ex C.

El regest de Fossà, que completa la informació dels extrets parisencs, diu: «Donation faite par Bonefilus au dit monastère de son alleu dans le comté de Roussillon, à Boule, du 3 des nones de mars, année XXV du règne de Lothaire». Divergeix en el dia de la clàusula de datació.

In Dei nomine.¹ Ego Bonefilius donator sum Deo et Sancto archangelo Mikaeli vel Sancto Germano confessore Christi monasterio Coxiani [...] (circa finem).²

Facta carta elemosinaria II nonas marci, anno XXV regnante Leutario rege, filio Ludovici.
[...].

Quantum inter istas afrontaciones includunt sic vindimus vobis ipsas II pecias de vineas, ipsa I pecia ab intecrum et ipsa alia vinea ipsa medietatem. Et ille omo qui plantavit ipsa vinea nec vinde-re nec comutare non poterat ad alios nisi a nos comparatores. Et nos vinditores sic vindimus vobis ipsa nostra ereditatem ab intecrum in aderato vel definito precio solidos VI in rem valentem; et est manifestum, ut de ex presenti die et ano et tempore quidquid ista omnia facere, agere vel iudicare volueritis libera et firmissimam in Dei nomine abeatís potestatem a proprio². Et inantea ista vindicio firmis et stabilis permaneat et non siat disrumta nulloque tempore.

Facta carta vindicionis III kalendas madii, anno XXX regnantem Leutario rege, filio Leudevici.

Sign+u Ranlo femina, sign+u Eldovigus, qui ista carta vindicionis fecimus et testes firmare rogavit. Sign+u Miro. Sign+u Langovardus. Sign+u Geruvinus.

Astrovarius presbiter, qui ista carta rogitus scripsit et SSS. die et anno quod supra.

1. *Manca*. — 2. a proprio] oproprio.

561

28 JUNY 984

EN JUDICI PRESIDIT PEL VESCOMTE BERNAT [DE CONFLENT] I PEL JUTGE I SACERDOT SUNIFRED, EL MANDATARI DE L'ESMENTAT VESCOMTE, AGUARD, RECLAMA A GUADAMIR, SUNIGELL, GUIFRÉ PREVERE, SUNIFRED, DANIEL, CRISTÒFOL, TUDISCLE I TRENCÀ CATORZE PECES DE TERRA SITUADES A RALLEU I A «TINO», PERTANYENTS A L'ALOU D'AIGUATÈBIA, LES QUALS AFIRMA QUE DETENEN INJUSTAMENT. TRES TESTIMONIS DECLAREN SOTA JURAMENT, PRESTAT A L'ESGLÉSIA DE SANT FELIU D'AIGUATÈBIA, QUE LES TERRES EN LITIGI LES HAVIEN POSSEÏDES EL VESCOMTE UNIFRED, EN HERÈNCIA DEL SEU PARE GUADAMIR, I DESPRÉS EL VESCOMTE ISARN, PARE DEL VESCOMTE BERNAT. COM QUE NO PODEN PROVAR LLURS DRETS, ELS DEMANDATS REONEIXEN QUE LES TERRES PERTANYEN AL VESCOMTE BERNAT I AL SEU GERMÀ SALLA, BISBE [D'URGELL].

O.* La Seu d'Urgell, AC, perg. núm. 122. Al dors: «K[arta] de Aquatepida» (s. XIII-XIV).

a. BARAUT, *Els documents, dels anys 981-1010*, núm. 203, pàgs. 35-36, ex O.

In iudicio Bernardo vicescomite et Soniefredo sacer et iudice et in presencia Wifredo presbitero et Bradilane presbitero et Anselmo presbitero, Miro, Donuco, Borrelo, Galito, Guansero, Sanderedo, Bellus, Cristoforus et Aguardo sagone et aliorum bonorum hominum que ibidem aderant, recognoscimus nos Guadamiro, Sonegille, Wifredus presbiter, Soniefredo, Daniel, Cristoforo, Todisclo, Trencano, a petitione Aguardo, que alium nomen vocant Beloto, qui est mandatarius vel asertor Bernardo vicescomite, qualiter nos petivit de ipsas terras qui sunt in Eralice et in Tino vel in eius agencias et sunt de ipso alode de Aquatepida, quod nos tenebamus iniuste. Et sunt ipsas pecias de terras XIII.

Unde predictus Bernardus vicescomes protulit testes legitimos de ipsos pagasensisque, id est Trencanus et Guadamirus et alius Guadamirus, que vocant Duro, qui hoc testificant sicuti et iurant. Iurati autem dicimus in primis per Deum patrem omnipotentem et per Ihesum Christum filium eius Sanctumque Spiritum, qui est in trinitatem unus et verus Deus, et per reliquias sancti Felicis, martiris Christi, cuius basilica fundata esse dignoscitur in villa Aquatepida, ubi as manus nostras conti-

nemus atque iurando contangimus, quia nos suprascripti testes scimus et bene in veritate notum abemus. Et vidimus ipsas terras tenentes et dominantes ad Unifredo vicescomitem per vocem ienitori suo Guadamiro et postea ad Isarno vicescomite, ienitori predicto Bernardo vicescomite; cuius iamdictus Aguardus mandatarius, ut aseritur, nos iamdictos Guadamiro, Sonegille, Wifredo presbitero, Soniefredo, Daniel, Cristoforo, Todisclo, Trencano, Baldomare et alio Soniefredo petivit in iudicio ante predicto vicescomite vel iudice. Unde vos supradictus iudex nos interrogastis diligenter plures vices et placitos legitimos nobis dedistis, quid ad hec responderemus aut si potuebamur exinde aut scripturas aut ullum documentum aut ullam vocem aut ullum indicium veritatis per quam ipsas iamdictas terras convincere potuissemus aut non.

Set nos iam supradicti in omnibus nos recognoscimus vel exvacuamus, quia exinde non posumus abere nec scripturas neque nullum documentum nec nullam vocem veritatis per quam ipsas terras convincere posumus nec modo nec ulloque tempore; sed hodie per lege et iusticia plus debet esse de isto predicto Bernardo vicescomite vel de fratre suo, Sallane episcopo, quam de nos aut de ullumque hominem. Et ea [que] dicimus recte veraciter nos recognoscimus vel exvacuamus in vestrorum iudicio.

Facta nostra recognicione vel exvacuacione IIII kalendas iulii, annos XXX regnante Leutario rege, filio Lodevici.

Sig+num Guadamiro, Sig+num Sonegille, Sig+num Soniefredo, Sig+num Daniel, Sig+num Cristoforo, Sig+num Todisclo, Sig+num Trencano, Sig+num Baldomare, Sig+num Soniefredo, qui ista recognicione fecimus et firmare rogavimus. Wifredus presbiter SSS.* Anselmo presbiter SSS.* Bradila presbiter SSS.* Sig+num Alrenardo. Sig+num Galito. Sig+num Senderedo. Soniefredus sacer et iudex SSS.*

Igela presbiter, qui ista recognicione vel exvacuacione scripsit et SSS. die et anno quod supra.

562

31 DE MARÇ [955-985]

HOM FA UNA DONACIÓ [AL MONESTIR DE SANTA MARIA D'ARLES].

[O]. Original perdut. — [A]. Regest, potser de 1586, en l'Inventari de l'arxiu del monestir d'Arles fet per Agullana, pàg. 48 FF. — B.* Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 237, ex A.

El regest de Fossà diu: «Alia (donatio); pridie kalendas aprilis, anno [...] regnante eodem (Leutario)».

563

31 DESEMBRE 985

HOM FA UNA DONACIÓ [AL MONESTIR DE SANTA MARIA D'ARLES].

[O]. Original perdut. — [A]. Regest, potser de 1586, en l'Inventari de l'arxiu del monestir d'Arles fet per Agullana, pàg. 47. — B.* Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 237, ex A.

El regest de Fossà diu: «Alia (donatio); 2 kalendas ianuarii, anno 32 regnante Leutario rege».

564

19 MARÇ 986

ELS ESPOSOS ERIFONS I ADALÈS VENEN AL VESCOMTE BERNAT [DE CONFLENT] I A LA SEVA MULLER GUILLA UNA CASA QUE TENEN EN EL SUBURBI D'ELNA, A LA VALL DEL CONFLENT, A LA VILLA DITA ESTOER, PER L'EQUIVALENT DE NOU SOUS.

O.* La Seu d'Urgell, AC, perg. núm. 124. Al dors: «De Astover» (s. XIII-XIV).

a. BARAUT, *Els documents, dels anys 981-1010*, núm. 205, pàgs. 37-38, ex O.

In nomine Domini. Ego Arivonsus et uxori sue Adalece vinditores sumus vobis Bernardo, vicescomis, et uxori sue Wisla, emtores. Per hanc scriptura vindicionis vindimus vobis cassa cum curte et cum exio et regresio [et]¹ suo superposito et ipso closo, qui nobis advenit per ipso filolatico, et est ipsa omnia in suburbio Elenense, in valle Conflente, infra ipsa villa de Astovere. Et afrontat ipsa casa, cum curte et cum ipso closo: de II partes in ipsa strata, [et] de III in ipso torrente, et de IIII in ipsa casa de Lunesindo.

Quantum inter istas afrontaciones includunt sic vindimus vobis ipsa casa, cum curte et cum exio et regressio et suo superposito et ipso closo ab omnem intecrietatem in precio placibile solidos VIII in rem valentem; et est manifestum, ut de ex presenti die et anno et tempore quidquid ista omnia facere, age[re]² vel iudicare volueritis, libera et firmissimam in Dei nomine abeatis potestatem a proprio³. Et inantea ista vindicio firmis permaneat omniue tempore.

Facta carta vindicionis IIIIX kalendas aprelis, anno I regnante Lodovici rege, filio Leutario.

Sign+u Arivonsus, sign+u Adalece, qui ista carta vindicionis fecimus et testes rogavimus firmare. Sign+u Miro. Sign+u Trasoverus. Sign+u Suniefredus.

Adrovarius presbiter, qui ista carta rogatus iscripsit et SSS. die et anno quod supra.

1. *Manca*. — 2. *Manca* [re]. — 3. a proprio] oproprio.

565

21 JULIOL 986

LEUDEVÍ I ELS ALTRES MARMESSORS DE DURAN DONEN AL MONESTIR [DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ] DIFERENTS CASES, TERRES I VINYES SITUADES A ILLA.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 93v, perdut. — B.* Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 239, pàg. 56, peça 268, ex A.

El regest de Fossà diu: «Donation faite au dit monastère par Leudevinus et les autres exécuteurs testamentaires de Durand, de maisons, terres et vignes à Ille, du 12 des kalendes d'août, année I^{re} du règne de Louis».

566

26 JULIOL 986

HOM FA UNA DONACIÓ [AL MONESTIR DE SANTA MARIA D'ARLES].

[O]. Original perdut. — [A]. Regest, potser de 1586, en l'Inventari de l'arxiu del monestir d'Arles fet per Agullana, pàg. 47 Q. — B.* Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 237, ex A.

El regest de Fossà diu: «Alia (donatio); 7 calendas augusti, anno I regnante Ludovico».

567

6 AGOST 986

OLIBÀ I LA SEVA ESPOSA SINDILÓ DONEN A L'ESGLÉSIA DE SANTA EULÀLIA DE LA SEU D'ELNA UN MAS QUE TENEN EN EL COMTAT DE ROSSELLÓ, DINS ELS CONFINES DE LA VILLA NILS [TERME DE PONTELLÀ]. FAN LA DONACIÓ PER A REMEI DE LLURS ÀNIMES.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia de 1140-1147 en el Cartoral d'Elna, f. 95v, perdut. — B. Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: París, BN, Col. Moreau, vol. 13, f. 147, ex A. — C.* Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 25, *Recueil*, tom II, núm. 90, ex A.

RE: LACVIVIER, *Le cartulaire*, núm. 90, pàg. 330.

In nomine Domini. Ego Oliba et uxor mea Sindilo donatores sumus domum Sancte Eulalie sedis Elenensis. Certum quidem et manifestum est enim quia placuit in animis nostris et placet ut scriptura donationis fecissemus ad domum Sancte Eulalie infra fines et termines de villa Aseniles, de maso I que est in comitatu Rossilionenses, in villa Aseniles. Et advenit nobis per comparatione et affrontat: de uno latus in terra Udangario, et de alio latus in terra Desiderio, et de III latus in casa de Mirone condam qui fuit, et de IIII vero latus in ipsa via qui pergit ad domum Sancta Maria. Quantum infra istas IIII^{or} affrontationes includunt, sic donamus ipso maso ad domum Sancta Eulalia, ab omne integritate, cum exio et regressio suo et cum eius affrontationes, propter remedium animas nostras. Quod si nos donatores aut ullus homo qui contra ista scriptura venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare quod petet, set componat ista omnia cum sua melioratione in duplo. Et inantea ista scriptura donatione firma et stabilis permaneat omni-que tempore.

Facta ista donatione VIII idus augusti, anno primo regnante Leudoico rege, filio Leutario.

Sig+num Oliba, Sig+num Sindilo, qui simul in unum ista scriptura donatione fecimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Wadaldus. Sig+num Iohannes.

+ Tructarius presbiter, qui ista scriptura donatione scripsit et subscripsit die et anno quod supra.

568

12 OCTUBRE 986

EN PRESÈNCIA DEL JUTGE GUILLEM, DE TRES SACERDOTS I DE MOLTS BONS HOMES, GUIFRÉ I ELS PREVERES JOAN I OLIBÀ, EN QUALITAT D'ALMOINERS I TESTIMONIS DEL DIFUNT GUILLEMÓ, FAN PÚBLIC EL SEU TESTAMENT, DICTAT A SANT ANDREU DE SOBRE-ROCA ABANS D'ANAR A ROMA EN PELEGRINATGE, I EL JURAREN DAMUNT L'ALTAR DE SANT CRISTÒFOL DE COGOLLS [TERME DE LES PLANES D'HOSTOLES]. ENTRE MOLTS ALTRES LLEGATS, MANÀ DONAR AL CENOBI DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ L'ALOU QUE TENIA A LA CERDANYA.

Vegeu *Catalunya carolíngia. Els comtats de Girona, Besalú, Empúries i Peralada*, núm. 506, pàgs. 453-455.

569

3 NOVEMBRE 986

RATFRED PREVERE FA UNA DONACIÓ [AL MONESTIR DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ] DE BÉNS SITUATS A TORRELLES [DE LA SALANCA].

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 65, perdut. — B.* Extret del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 149, ex A.

In Christi nomine. Ego Ratefredus, presbiter, [...].

Facta ista scriptura donatione III nonas novembris, anno I^o regnante Lodovico rege, filio Lotarii regi.

[...]¹.

1. *Al marge*: Torrelles.

570

14 NOVEMBRE 986

HOM ESMENTA L'ABAT TUBAU DEL MONESTIR DE SANTA MARIA D'ARLES.

[O]. Original perdut.

RE: *Gallia christiana*, vol. VI, col. 1085.

El regest de *Gallia christiana* diu: «Arulae. Series abbatum. (...) Theobaldus et Theudebaldus, non vero Radbaldus, occurrit annis XXXII et XXXIII regni Lotharii, XVIII calendas decembris».

571

2 MARÇ 986 - 1 MARÇ 987

EL PREVERE DURAN I ELS ALTRES EXECUTORS DE L'ÚLTIMA VOLUNTAT D'ELLÓ DONEN AL MONESTIR [DE SANT JOAN DE LES ABADESSES] TRES ALOUS: UN, SITUAT EN EL COMTAT DE Cerdanya, A LA VILLA UR; UN ALTRE, EN EL COMTAT DE CONFLENT, A LA VILLA FULLÀ; I EL TERCER, EN EL COMTAT DE BERGA, EN EL RIU DE LA PINYA.

Vegeu Catalunya carolíngia. Els comtats d'Urgell, Cerdanya i Berga.

Regest redactat ex UDINA, *El Archivo Condal*, ap. II, núm. 284, pàgs. 497-498, i MARTÍ, *Dietari*, vol. I, pàg. 138, núm. 139.

572

26 MAIG 987

EN JUDICI PRESIDIT PEL COMTE BORRELL [DE BARCELONA-GIRONA] I PER TRES JUTGES, EN PRESÈNCIA DEL BISBE GOTMAR DE GIRONA I DE NOMBROSOS SACERDOTS, DIAQUES I LAICS, HILDESIND, BISBE D'ELNA I ABAT DE SANT PERE DE RODES, PRESENTA QUERELLA PER UN ALOU SITUAT EN EL COMTAT DE GIRONA, EN EL LLOC ANOMENAT OLIVARS [TERME DE SANT JULIÀ DE RAMIS]. EL CLERGUE ESTEVE HAVIA ORDENAT EN EL SEU TESTAMENT DE VENDRE AQUEST ALOU A LA SEVA NEBODA GERBERGA PER CENT SOUS, ELS QUALS ELLA HAVIA DE PAGAR A SANT PERE DE ROMA O HAVIA DE FER DONACIÓ DE L'ALOU A SANT PERE DE RODES. GERBERGA NO VA FER NI UNA COSA NI L'ALTRA, SINÓ QUE VA RETENIR L'ALOU, JUNTAMENT AMB EL SEU MARIT DURSAC, I EL VA LLEGAR A LES SEVES FILLES TEDLÈN I GUILLA. AQUESTES ARA, PER ORDRE JUDICIAL, FAN EVACUACIÓ DE L'ALOU A FAVOR DE SANT PERE DE RODES.

Vegeu Catalunya carolíngia. Els comtats de Girona, Besalú, Empúries i Peralada, núm. 508, pàgs. 456-457.

573

27 AGOST 987

SALLA, BISBE [D'URGELL], PERMUTA AMB EL SEU GERMÀ BERNAT, VESCOMTE [DE CONFLENT], L'ALOU QUE TÉ PER HERÈNCIA EN EL SUBURBI D'ELNA, A LA VALL DEL CONFLENT, A LA VILLA D'AIGUATÈBIA, PER L'ALOU QUE EL VESCOMTE BERNAT POSSEEIX A ORRIOLS [EN EL COMTAT DE BERGA].

O.* La Seu d'Urgell, AC, perg. núm. 127. Al dors: «De Aquatepida» (s. XIII-XIV). — A. Còpia del segle XIII: La Seu d'Urgell, AC, *Dotaliorum Ecclesie Urgellensis liber primus*, f. 233, doc. 788.

a. BARAUT, *Els documents, dels anys 981-1010*, núm. 211, pàg. 43, i làmina 3, ex O.

La localització d'Orriols en el comtat de Berga és assenyalada en el text d'un document datat el 2 de març de 981 (Doc. 526).

In nomine Domini. Ego Salla, gratia Dei episcopus, commutator sum tibi fratri meo Bernardus, vicescomite. Per hanc scriptura commutationis commuto tibi aulodem meum proprium qui mihi advenit de parentorum, et est ipso aulode in suburbio Elenense, in valle Confluente, in villa que vocant Aquatepida vel infra suos terminos. Et affrontat ipsos aulodes: de una parte in villa que vocant Quilgano, et de alia in ipso collo de Cruce, et de III in ipsa villa de Bardolle, et de IIII in ipsa serra de Talaze. Quantum infra istas affrontaciones includunt sic commuto tibi ipsum meum aulode cum casas, casalibus, ortis, ortalibus, terras cultas vel incultas, molindinis cum illorum caputaquis, pratis, pascuis, garricis, silvis, aquis aquarum, viaductibus vel reductibus, cultum vel eremum, cum exiis et regressiis earum, omnia et omnibus quantum ibidem abeo vel abere debeo per omnesque voces ab integrum pro ipsum tuum aulode que vocant Urriolos; et est manifestum.

Quem vero predicto ipso aulode sicut superius resonat de meo iure in tuo trado dominio et potestate ad omnia quecumque facere volueris. Quod si ego commutator aut ullusque homo qui contra hanc-ista commutatione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare sed componat tibi ipsum aulode in duplo cum omni sua immelioracione quantum ad eo tempore immelioratum fuerit. Et inantea ista commutacio firma et stabilis permaneat inconvulsa et non sit disrupta.

Facta ista commutacio VI kalendas setember, anno I quod obiit Leudevici regi, filio Leutarii rege.

Salla, gratia Dei presul, qui ista commutatione feci et firmare rogavi SSS.* Sig+num Unufredo, que vocant Marcucio. Sig+num Seniofredus. Sig+num Senderedus. Sig+num Miro. Sig+num Ermemirus. Ygela presbiter SSS.*

S+ Ranemirus presbiter rogitus scripsi et sub SSS. die et anno quod supra.

574

21 NOVEMBRE 987

EL COMTE OLIBA [I DE BESALÚ-VALLESPÍR] DÓNA AL MONESTIR DE SANT PERE DE CAMPRODON L'ALOU QUE HERETÀ DELS SEUS PARES, ELS DIFUNTS COMTES MIRÓ I AVA, EN EL COMTAT DE VALLESPÍR, A LA VILLA DITA MIRALLES [TERME DE PRATS DE MOLLÓ]. FA LA DONACIÓ PER A REMEI DE LA SEVA ÀNIMA.

[O]. Original perdut. — A.* Còpia del segle XVI, Barcelona, AR (ACA), Monacals d'Hisenda, vol. 840, f. 38.

a. MONSALVATJE, *Colección diplomática*, tom I, doc. CXCI, pàgs. 236-237, ex A.

In Christi nomine. Ego Olibane, gratia Dei comes, donator sum domum Sancti Petri coenobii Campo Rotundo aulodem meum proprium, qui mihi advenit per vocem genitori meo quondam Miron comite et Avane quondam comitissa. Et est ipso alodes in comitatu Valle Asperi, in villa que dicunt Miralles. In ibidem loco dono ego, iamdictus comes, casa, casalis, curtis, curtalís, ortis, ortalís, terras cultas vel incultas, vineas vel vinealis, arboribus fructuosus vel infructuosus, pascuis, silvis, garricis, aquis aquarum, molinis vel molinariis, viaductibus vel reductibus, omnia et omnibus quicquid dici vel nominari potest. Et habet affrontaciones hec omnia quod superius resonat: de parte orientis in locum que dicunt Serra longa, a meridie infrontat in fines et terminos in villa que dicunt Avellanadello, et de occiduo in ipsa serra de collo de Ares, de parte vero circi infrontat in fines vel termines de villa que dicunt Prados. Quantum infra istas quatuor affrontaciones includunt vel resonant, sic dono ego iamdictus comes ad prefatum coenobium ista supranominata propter Deum et remedium anime mee, totum ab integrum cum fines et termines et cum exiis vel regressiis earum.

Quem vero hec omnia ista supranominata de meo iuro in potestatem beati Petri apostoli dono et trado propter Deum et remedium anime mee, ut ipsi abbati vel ipsi monachi qui ibi Deo famulant vel famulaturi erunt teneant et possideant omnique tempore. Quod si ego donator aut ullus homo qui contra ista scriptura donationis venerit ad inrumpendum vel minorandum, non hoc valeat vindicare quod requirit set componere faciat ista omnia in duplo cum omnem suam inmelioratione; et semper sit culpabilis Deo et omnibus sanctis. Et inantea ista scriptura donationis firma et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta ista scriptura donationis undecimo chalendarum decembrium, anno primo regnante Ugo no rege.

Oliba, gratia Dei comes SSS., qui hanc donatione fecit et testes firmare rogavit. Sig+num Gualdalgodus vicescomes. Sig+num Miro vicescomes. Sig+num Adalbertus. Sig+num Guillem. Sig+num alio Adalberto. Sig+num Oriol. Sig+num Bonifilius. Sig+num Ato.

SSS. Vives sacer, qui ista scriptura donationis scripsit et subscripsit die et anno quod supra.

575

29 DESEMBRE 987

SERFDEDÉU PREVERE, ARNAU I HERIBERT, EN QUALITAT DE MARMESSORS D'UNA DONA ANOMENADA EM-VIÓ, DONEN AL MONESTIR DE SANTA MARIA D'ARLES L'ALOU QUE LA DIFUNTA TENIA A PLADECORTS, EN EL COMTAT DE ROSSELLÓ, AL VALLESPÍ, EN ELS TERMES DE VIVERS I DE «LACCENDO».

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia en el Petit Cartoral del monestir d'Arles, f. 14, perdut. — B.* Còpia del segle XVIII: París, BN, Col. Moreau, vol. 14, f. 84, ex A. — C. Còpia del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom. I, núm. 7, ex A.

In nomine Domini. Ego Servusdei, presbiter, et Arnallus et Eribertus donatores sumus ad cenobium Sancta Maria Arularum ipsum alodem de Plani Curtis qui est in comitatu Rossolionensi, in Valle Asperi, in termino de Vivers et de Laccendo, id est, de ipsa Riba Alta usque ad ipsos terminos de Castelar et usque in flumine Tech, id est in casas, in cales, in ortos, in ortales, in terras cultas vel incultas, in molendinis vel in molinariis, et in olivariis, in linariis, in silvis, garricis, in aquis aquarum, omnia et in omnibus, totum ab integrum, qui nobis advenit per manumissoria de condam Emvio femina, unde nos iudicium obligavimus asserie conditionis. Quem vero predicto alode, sicut superius resonat, de nostro iure tradimus in dominio et potestate supradicti cenobii, propter remedium supradicte Emvio in perpetuum habendam. Quod si nos donatores aut ullus homo qui contra ista carta donationis venerit ad inrumpendum, componat ipsa omnia quod superius resonat in duplo, com omnia sua inmelioratione. Et inantea ista carta firma et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta carta donationis IIII calendas ianuarii, anno primo regnante Hugone rege.

Sig+num Arnallus, Sig+num Eribertus, Servusdei presbiter, qui ista carta donatione fecimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Igiga. Sig+num Wistrimirus. Sig+num Stradredus. Sig+num Recosindus.

Wifredus levita, qui ista carta scripsit + die et anno quod supra.

576

987

EL COMTE OLIBA [I DE BESALÚ-VALLESPÍR] I INGILBERGA OFEREIXEN I LLIUREN AL MONESTIR [DE SANT JOAN DE LES ABADESSES] LLUR FILLA INGILBERGA PERQUÈ HI SIGUI MONJA I, EN QUALITAT DE LEGÍTIMA I D'HERÈNCIA SEVA, DONEN AL MONESTIR I A L'ABADESSA FREDEBURGA UN ALOU SITUAT AL VALLESPÍR, EN EL LLOC ANOMENAT TELLET, AMB L'ESGLÉSIA DE SANT PERE.

[O]. Original perdut. — A. Regest del segle xv: Sant Joan de les Abadesses, AM, *Llibre de Canalars* I, f. 153, sac 19, núm. 4.

a.* UDINA, *El Archivo Condal*, ap. II, núm. 285, pàg. 498, ex A.

Sobre el mot *comitissa* afegit al nom d'Ingilberga, vegeu MUNDÓ, *Entorn de les famílies* (cf. *Obres completes*, I, pàgs. 328-332).

El regest del segle xv diu així: «Oliba comes et Ingilberga¹ <comitissa> offerunt et tradunt huic monasterio Ingilbergam, eorum filiam, in monialem et pro eius legitima et hereditate donant huic monasterio et Fredeburge abbatisse alodium situm in Valle Aspirii, in loco vocato Talledo, quantum inhibi habent, ut carta adquisicionis resonat. Et donant ecclesiam Sancti Petri de Taleto cum suis decimis et primiciis et oblacionibus². Anno Trabeacionis dominice DCCCCLXXXVI, anno vero primo quo Hugo rex sumpsit exordium regnandi».

1. Singilberga a. — 2. obbencionibus a.

577

10 FEBRER 988

HOM FA UNA DONACIÓ [AL MONESTIR DE SANTA MARIA D'ARLES].

[O]. Original perdut. — [A]. Regest, potser de 1586, en l'Inventari de l'arxiu del monestir d'Arles fet per Agullana, pàg. 48 PP. — B.* Regest del segle xviii: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 237, ex A.

El regest de Fossà diu: «Alia (donatio); idus februarii, anno I regnante Hugoni rege».

578

14 FEBRER 988

LA COMTESSA ERMENGARS DÓNA AL SEU MARIT, EL COMTE OLIBA [I DE BESALÚ-VALLESPÍR], EL SEU ALOU DE COSTOJA, EN EL PAGUS D'ELNA, EN EL COMTAT DE VALLESPÍR, AMB L'ESGLÉSIA DE SANTA MARIA I TOT EL QUE LI PERTANY.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia en un cartoral del monestir d'Arles, ara perdut. — B. Còpia de 1324, feta per Tomàs Terrer, escrivà del Vallespir: Barcelona, AR (ACA), Cancelleria, Vària, vol. 346, ff. 11v-13,

potser ex A. — C.* Còpia de mitjan segle XVII, feta per fra Guillem Costa: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, ff. 308-308v, ex A.

- a. BALUZE, *Capitularia*, París, 1677, vol. II, ap. CXX, col. 1515, i Venècia, 1773, vol. II, ap. CXX, col. 1001 (amb data de 888), «ex chartulario monasterii Arulensis» (ex A per mitjà de C). — b. *Marca hispanica*, ap. CXXXVIII, col. 940 (amb data de 988), «ex chartulario monasterii Arulensis» (ex A per mitjà de C). — c. MANSI, *Sacrorum conciliorum*, vol. XVIII, ap. CXX, col. 1001 (amb data de 888), ex a. — d. MONSALVATJE, *Monasterio de Santa María de Arles*, ap. XXXVII, pàgs. 107-108, sense indicació de font (ex b).

In nomine Domini. Ego Ermengards, cometissa, donator sum tibi viro meo Oliba, gratia Dei comes. Manifestum est enim quia placuit in animis meis et placet nullus quogentis imperio nec suadentis ingenio, sed propria expontanea mea elegi cum Deo, ut tibi suprascripto viro meo donatione fecissem de aliquit de proprietate mea, sicuti et facio. Dono namque tibi alaudem meum vocitatum nomine Custuaia, qui est in pago Elenense, in comitatu Valle Asperi, cum ipsa ecclesia Sancta Maria qui ibidem est, cum decimis et primiciis suis et oblationes fidelium, cum suo cimiterio, et cum ipsos domos qui sunt circa ipsam ecclesiam, cum illorum exios et regressios earum.

Et dono tibi ipsum meum alaudem qui est in pago Elenense, in comitatu Valle Asperi; et est iamdictus alaundes casas, casalibus, curtis, curtalibus, terris, vineis, pratis, pascuis, ortis, ortalibus, molendinis, cum illorum caputaquis, silvis, garricis, aquis aquarum, vieductibus vel reductibus, arboribus fructuosos vel infructuosos, cum exios et regressios earum. Et afrontat ipse alaundes: de parte orientis in terminio de ipsos Ortos vel de Mazaned, de meridie in Villa rubia, de occiduo in terminio de Serra longa vel in Monte Nigro, de circi in terminio de ipso Frexano vel in Gurgomuio.

Quantum infra istas afrontationes includunt, sic dono tibi iamdictos alaundes cum ipsa ecclesia ab integre, ut quicquid exinde facere vel iudicare volueris, liberam in Dei nomine abeas potestatem. Quod si ego donatrix aut ullusque homo qui contra hanc donatione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat omnia superius scripta in duplo cum omni sua inmelioracione. Et inantea ista donatio firma permaneat omnique tempore.

Facta donatione XVI kalendas marcii, anno I regnante Ugone rege.

Sig+m Ermengards cometissa, que hanc-ista donatione fecit et testes firmare rogavit. Sig+m Wifredus. Sig+m Seniofredus. Sig+m Adalbertus.

Gischlamirus¹ presbiter, qui hanc-ista donatione scripsit et sub [SSS.] die et anno quod supra.

1. Pischlamirus C i edicions, però Gisclamirus en el doc. 581.

EL COMTE OLIBA [I DE BESALÚ-VALLESPÍ] DÓNA AL CENOBI DE SANTA MARIA D'ARLES L'ALOU DE COSTOJA AMB L'ESGLÉSIA DE SANTA MARIA I TOT EL QUE LI PERTANY, EL QUAL TÉ PER COMPRA I PER DONACIÓ DE LA SEVA ESPOSA, LA COMTESSA ERMENGARS. FA LA DONACIÓ PER OBTENIR LA REMISSIÓ DELS SEUS PECATS AMB LA INTERCESSIÓ DE LA MARE DE DÉU I DELS SANTS LES RELÍQUIES DELS QUALS ES VENEREN EN EL CENOBI.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia en un cartoral del monestir d'Arles, ara perdut. — B. Còpia de 1324, feta per Tomàs Terrer, escrivà de Vallespir: Barcelona, AR (ACA), Cancelleria, Vària, vol. 346, ff. 13-15, potser ex A. — C.* Còpia de mitjan segle XVII, feta per fra Guillem Costa: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 306v, ex A.

- a. *Marca hispanica*, ap. CXXXIX, col. 941, «ex eodem chartulario [monasterii Arulensis]» (ex A per mitjà de C).
— b. MONSALVATJE, *Monasterio de Santa María de Arles*, ap. XIII, pàgs. 33-34, sense indicació de font (ex a).

La comtessa Ermengars havia fet donació del seu alou de Costoja al seu marit, el comte Oliba, el mateix dia (Doc. 578).

Pleraque etenim antiquissimorum patrum exempla extant helemosinam dandi, et veluti sacra scriptura declarat, quicunque vult evadere suplicium eternum debet de rebus istis transitoriis parere sibi viam salutis aeternae.

Ob hoc igitur in Dei nomine ego Oliba, gratia Dei comes, his et aliis plurimis preceptis divinis instructus, ob remedium anime mee et absolucionem peccaminum meorum, volo de rebus meis honorare domum Dei. Et ideo dono vel concedo ad domum Sancte Marie cenobii Arulas alaudem vocitatum nomine Costoia cum ipsa ecclesia Sancte Marie qui ibidem est, cum decimis et primiciis et oblaciones fidelium, cum suo cimiterio, et cum ipsos domos qui sunt circa ipsam ecclesiam, cum illorum exios et regressios earum; qui est in pago Helenense, in comitatu Valle Asperi. Et est iamdictus alaudis casas, casalibus, curtis, curtalibus, ortis, ortalibus, terris, vineis, pratis, pascuis, arboribus fructuosus vel infructuosus, silvis, garricis, molinis, molinariis, cum eorum caputaquis, aquis aquarum, vieductibus vel reductibus, omnia et in omnibus quod ibidem in loco habeo. Qui mihi advenit per comparacione vel per donacione que mihi fecit uxor mea Ermengardis comitissa vel per quacumque voce.

Omnia ad integrum trado vel dono ad predicto cenobio, ut per intercessionem sancte Dei Genitricis Marie et sanctorum reliquie qui ibi venerantur, seu per oraciones fidelium fratrum remissionem peccatorum adipisci a Domino merear. Et ille quicquid exinde facere vel iudicare voluerit liberam in Dei nomine maneat illi firma perhenne potestas. Quod si ego donator aut ullus homo qui contra hanc scripturam ad inrumpendum venerit, non hoc valeat vindicare, sed componat omnia superius scripta in duplo cum omni sua immelioracione. Et inantea ista donacione firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione XVI kalendas marcii, anno I regnante Ugone rege.

Oliba, gratia Dei comes, qui ista donacione feci et firmare rogavi. S+ Senderedus. S+ Seniofredus. S+ Adalbertus. S+ Wifredus, agnomen Bonushomo.

S+ Eroigius presbiter, cognomento Marco, qui et iudex, qui hec scripsi et + die et anno quod supra.

EL COMTE OLIBA [I DE Cerdanya-Confient] DÓNA AL MONESTIR [DE RIPOLL] ELS ALOUS QUE TÉ A PLANÈS I ALS FORCATS [TERME DE SANT PERE DELS FORCATS] I EL QUE TÉ A «RIVO MALO», EN EL CONFIENT.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia en el Cartoral Verd del monestir de Ripoll, f. 78, perdut l'any 1835. — B.* Regest de R. d'Olzinelles, anterior a 1835: Barcelona, BC, ms. 430, f. 14v.

El regest d'Olzinelles diu: «Donación al monasterio por el conde Oliba de los alodios de Planedes y Forcados, y el de Rivo Malo, en el Conflent. 16 de las calendas de Marzo, año 1º de Hugón. Cartulario verde fol. 78 retro».

581

15 FEBRER 988

ELS COMTES OLIBA I ERMENGARS DONEN AL MONESTIR DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ, AL SEU ABAT GARÍ I ALS SEUS MONJOS, L'ALOU QUE TENEN PER COMPRA EN EL COMTAT DE ROSSELLÓ, A LA VILLA BAÓ, AMB L'ESGLÉSIA DE SANT VICENÇ I SANT JOAN I ELS SEUS DRETS, I EN FIXEN LES AFRONTACIONS.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 49, perdut. — [B]. Còpia del segle XIV, interpolada, en el Cartoral Menor de Cuixà, f. 47, perdut. — C. Còpia del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 139, ex A. — D. Còpia del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 107, f. 371v, ex B. — E. Còpia del notari Onofre Balaguer, feta el 23 de juliol de 1649: Perpinyà, APO, fons del marquès Josep d'Oms, ex B. — F. Còpia del segle XVIII: París, BN, Col. Moreau, vol. 14, ff. 65-66, ex A i B.

a. *Histoire générale de Languedoc*, vol. V, Tolosa, 1875, *preuves*, núm. CXLV, ex F. — b. ALART, *Cartulaire*, ap. XV, pàgs. 29-31, ex E. — c. MONSALVATJE. *Monasterios del antiguo condado de Besalú*, ap. XIII, i vol. 23, ap. XXXVIII, ex a. — d.* ABADAL, *Eixalada-Cuixà*, ap. 109, pàgs. 212-213, ex CF.

Pleraque etenim antiquissimorum patrum exempla extant elemosinam dandi, et veluti sacra scriptura declarat: «Quicumque vult evadere supplicium eternum debet sibi de rebus istis transitoriis parare viam salutis eterne». Ob hoc igitur in Dei nomine ego Oliba, gratia Dei comes, et Ermengardis, comitissa, his et aliis plurimis divinis preceptis instructi, ob remedium animarum nostrarum et ablutione peccaminum nostrorum, volumus de rebus nostris honorare domum Dei. Et ideo donamus vel concedimus ad domum Sancti Michaelis cenobium Coxani alodem nostrum quod habemus in comitatu Rosselionensi, id est villam quae dicunt Basone cum ecclesia Sancti Vincentii et Sancti Iohannis qui ibidem est, cum decimis et primitis et oblationes fidelium. Et est ipse alaudis: casas, casalibus, curtis, curtalibus, ortis, ortalibus, vineis, vinealibus, pascuis, pratis, silvis, garricis, arboribus fructuosus vel infructuosus, molendinis cum illorum caputaquis, aquis aquarum, vieductibus vel reductibus cum exiis et regresiis eorum. Qui nobis advenit per comparatione sive donatione vel pro qualicumque voce.

Qui affrontat ipse alaudis: de parte orientis in terminio Sancti Stephani in ipsa riba ultra Ted ad guad quam vocant Tiraculs, et inde pervenit subtus ipsa Siglod¹ usque in ipsa Bula, et sic pergit per media coma Lobrega, et inde pergit per ipsa strada que vadit per ipsa plana usque in ipso Staniol qui est ad ipsa Mata Uliastrina; de parte circii in terminio de Bexans, in ipsa serra qui est super Cavel, et per ipse serra pervenit in ipsa gutina et descendit in ipso decursu aque qui venit de Cauce et vocant Bula; de occiduo descendit per ipsa Bula et pervenit in ipsa Guardia, et subtus ipsa Guardia pervenit in via que pergit ad Pidiliano, et inde descendit per ipso seminario qui est in ipsa garriga, et descendit per ipsos Prelones, et inde per ipso terminio de Villa nova pervenit usque in flumen de Ted; de meridie affrontat in terminio de Orle sive de Sancta Eugenia ad ipsum Soler de Orucio vicecomite, et inde descendit subtus ipsa riba usque ad ipsum guad de Tiraculs.

Haec omnia superius scripta donamus atque concedimus vel tradimus in potestate Sancti Michaelis archangeli et Guarino abbate et monachis ibidem deservientibus, propter remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum, ad proprium alaudem. Quod si nos donatores aut ullus homo vel femina qui contra hanc cartam donationis venerit ad irrumpendum, non hoc valeat vindicare; et in primis iram Dei incurrat et excommunicatus permaneat et maledictus et in infernum descendat, et cum Iuda Scarioth partem habeat. Et postea suprascriptum alaudem in duplo componat cum omni sua melioratione. Et inantea ista carta donationis firma et stabilis permaneat omnique tempore et non sit disrupta.

Facta carta donationis XVI chalendas martii, anno I regnante Ugone rege.

Oliba, gratia Dei comes, et Ermengards, comitissa, qui hanc cartam donationis mandavimus scribere et testes firmare rogavimus. Sig+num Sendredus. Sig+num Unifredus. Sig+num Seniofredus.

Gisclamirus, qui hanc cartam donationis scripsit et SSS. die et anno quo supra.

1. Sigbod d.

582

15 FEBRER 988

LA COMTESSA ERMENGARS DÓNA AL MONESTIR DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ L'ALOU QUE TÉ PER COMPRA I PEL DESÈ MATRIMONIAL A LA VILLA BAÓ, EN EL COMTAT DE ROSSELLÓ, AMB LES ESGLÉSIES DE SANT VICENÇ I SANT JOAN I LLURS DRETS; I EN FIXA LES AFRONTACIONS.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 39v i 50, perdut. — B. Còpia del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 135v, ex A. — C. Còpia del segle XVIII: París, BN, Col. Moreau, vol. 14, f. 64, ex A.

a.* ABADAL, *Eixalada-Cuixà*, ap. 110, pàgs. 213-214, ex BC.

In Dei nomine. Ego Ermengardis, comitissa, donator sum Domino Deo et Sancti Michaeli archangelo monasterium locum vocitatum Coxiano, iuxta fluvium Literano. Manifestum est enim quod placuit animis meis et placet nullius cogentis imperio nec suadentis ingenio sed proprio expontanea mea elegi cum Domino, ut prescripto loco carta donationis fecissem de proprietate mea, sicuti et facio. Dono namque alaudem meum proprium quod habeo in comitatum Rossellionense villam que dicitur de Basone cum ipsas ecclesias que ibidem sunt Sancti Vincentii et Sancti Iohannis, cum decimis et primiciis et oblationes fidelium, quantum ibidem habeo et habere debeo tam ex comparatione quam per meum decimum seu quacumque voce. Et est ipse alaudis: casas, casalibus, curtis, curtalibus, ortis, ortalibus, terris et vineis, pratis, pascuis, silvis, garricis, arboribus fructuosis vel infructuosis, molinis, molinariis cum eorum caputaquis, aquis aquarum, vieductibus et reductibus, cum exiis et regresiis earum.

Qui afrontat iamdictus alaudis: de parte orientis in termino alaudis¹ Sancti Stephani in ipso Ted ad ipsum guad de Tiraculs, et inde pervenit suptus ipsa Siclod usque in ipsa Bula, et inde pervenit subtus ipsa riba Scortegada, et inde ascendit per media coma Lobrega, et inde pergit per ipso seminario qui vadit per ipsa plana et per ipsa coma qui de Staniole de Baso, et inde per ipsa coma de Cavel pervenit usque in ipsa serra; de parte circi in termino de Bexas, in ipsa serra qui est super Cavel

et vadit per ipsa serra, et descendit in ipsa coma et descendit per ipsa gutina in ipsa Bula, et de ipsa Bula pervenit ad sumitatem de ipsa Guardia; de occiduo in termino de Vila nova, et descendit de ipsa Guardia in via qui pergit ad Pedilia, et inde per ipso seminario pervenit in ipsa via qui pergit per ipsa garriga de Vila nova, et pervenit ad ipsos Perelios, et inde per ipso termino de Vila nova pervenit usque in medio flumen Ted; de meridie afrontat in termino de Orle, ad ipso Soler de Oruc vicecomite, et pervenit per ipsa riba usque ad ipsum quad² de Tiraculis.

Hec omnia superius scripta dono atque trado in potestate Sancti Michaelis ad proprio. Quod si ego donatrix aut ullus homo qui contra hanc donationem venerit ad inrumpendum non hoc valeat vindicare sed componat in duplo cum omni sua inmelioracione. Et inantea ista donatio firma permaneat.

Facta donatio XVI kalendas marcii, anno I^o regnante Ugone rege.

Sig+num Ermengardis comitissa, qui hanc donationem feci et testes firmare rogavi. Sig+num Sendredus. Sig+num Adalbertus. Sig+num Seniofredus.

Sig+num Eroigis presbiter, cognomento Marcho, qui et iudex, qui hec scripsi et SSS. die et anno quo supra.

1. claudis a. — 2. grad a.

583

[979 – FEBRER 988]

HILDESIND, BISBE D'ELNA, CONSAGRA L'ESGLÉSIA DE LES SANTES JUSTA I RUFINA DE PRATS DE MOLLÓ. AMB AQUEST MOTIU OLIBA, COMTE DE BESALÚ, LA SEVA MULLER, LA COMTESSA ERMENGARS, I LLURS FILLS BERNAT, GUIFRÉ I OLIBA, LI CONCEDEIXEN L'ESPAI DEL VOLTANT DE L'EDIFICI PER A CEMENTIRI I UN MAS.

Aquesta notícia es troba inclosa en la dotació de la mateixa església de Prats de Molló datada el 23 d'abril de 1245 i publicada dins *Marca hispanica*, ap. DXVII, cols. 1437-1438. En publiquem només els passatges que es refereixen a la dedicació i la dotació dels anys 979-988, en què coincidiren els personatges esmentats, segons les edicions de JUNYENT, *Diplomatari i escrits literaris*, doc. 9, pàgs. 15-16, i ORDEIG, *Les dotacions*, vol. I, núm. 107, pàgs. 254-255. La consagració no pogué fer-se després del febrer de 988 perquè fou durant aquest mes que Oliba Cabreta abandonà el govern dels seus comtats i es retirà al monestir de Montecassino (cf. ABADAL, *Eixalada-Cuixà*, pàgs. 109-113).

(...) Et est sciendum quod, quando olim alia ecclesia fuit ibidem consecrata in honore dictarum virginum per venerabilem patrem Ildesindum, episcopum Elnensem, excellentissimus Oliba, comes Bisulduni, cum uxore sua nomine Ermengardis, comitissa, et filiis suis Bernardo, Guifredo et Oliba, dederunt ad cimiterium in circuitu eiusdem ecclesiae de una parte usque ad ipsum Pratum. Cuius afrontatio est nunc usque ad honorem Perellae et Petri de Masone; et de alia parte super ipsa ecclesia ipsum mansum cum clausa quae servetur cum ipso et terminatur in terram mansi de Masone; et de alia parte usque ad ipsum torrentem; et de alia parte usque ad honorem bordae de Moreria et in borda Loercera. Item dederunt amplius quendam mansum in quo quondam habitabat Desiderius, cum pertinentiis suis, et modo vocatur mansus de capellano. Et Falcutius dedit eidem ecclesiae unam vineam. (...)

EL CLERGUE ATÓ, ANOMENAT BONUÇ, DÓNA A L'ESGLÉSIA DE SANTA EULÀLIA DE LA SEU D'ELNA L'ALOU QUE TÉ PER HERÈNCIA I COMPRA EN EL COMTAT DE VALLESPÍR, EN L'ADJACÈNCIA DEL VIC DE LA VILLA CERET, EN EL LLOC ANOMENAT REIRÓS [TERME D'OMS]. FA LA DONACIÓ, AMB RESERVA D'USDEFUIT, A CANVI DE L'USDEFUIT VITALICI DE LA PARRÒQUIA DE SANT PERE DE CERET.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia de 1140-1147 en el Cartoral d'Elna, f. 318, perdut. — B. Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: París, BN, Col. Moreau, vol. 14, f. 68, ex A. — C.* Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 25, *Recueil*, tom II, núm. 91, ex A.

RE: LACVIVIER, *Le cartulaire*, núm. 91, pàg. 330 (amb data de 6 maig 988).

Queda clar que la donació de l'alou de Reirós era condicionada per la fruïció vitalícia de la parròquia de Sant Pere de Ceret i dels seus rèdits. Un altre exemple de simonia, corrent en aquesta època, que la reforma gregoriana sancionaria al segle següent.

In Christi nomine. Ego Atto, clericus, que alium nomen vocant Bonutionem, dono alodem meum proprium ad ecclesiam Sancte Eulalie sedis Elenensis. Et est ipse alodes in comitatu Valle Asperi, in aiacentia de vico villa Ceriseto, in locum que nuncupant Roveroso. Et advenit michi tam per successionem parentorum meorum quam de excomparatione. In iamdicto loco dono ad prefatam ecclesiam casas, casales, curtes, curtalibus, ortos, ortalibus, vineis, vinealibus, terras cultas vel incultas, arboribus pomiferis vel impomiferis, pratis, pascuis, silvis, garricis et aquis, omnia et in omnibus, quantum in predicto loco habeo vel hereditare debeo pro qualicumque voce.

Hec omnia superius scripta dono ad prefata ecclesia cum fines et termines et adiacentias et illorum affrontationes, cum exiis vel regressiis earum, sub ista videlicet ratione ut dictus Atto vivo teneam et possideam iamdictum alodem usufructuario, et de ipsos fruges faciam que voluero omnibus diebus vite mee; post obitum meum remaneat ad predictam sedem.

Hec omnia superius scripta dono ad prefata sedem propter remedium anime mee et propter parrochiam Sancti Petri qui est sita in vico villa Ceriseto vel in eius adiacentias. Quod si predictam parrochiam Sancti Petri episcopus prefate sedis quocumque modo de mea potestate quocumque tempore subtraxerit [...] prescripta ecclesia prescriptum alodem, et ego ex ipsum alodem faciam quod voluero. Quod si ullus homo vivens hanc scripturam mee venditionis sicut superius scriptum est quocumque tempore violare presumpserit, non valeat vindicare quod peciedit, sed hec omnia supra inserta, quantum ad eo tempore in melioratam fuerit in diplo prefate ecclesie componere cogatur et scriptura firma et stabilis permaneat omni tempore, secundum modum superius comprehensum.

Facta hec scriptura die VIII kalendas mai, anno primo Ugone Franchorum rege regnante.

Sig+num Atonis, qui hanc scripturam feci et testes firmari rogavi. Sonifredus. + Oliba presbiter. Aribertus levita. + Amelius levita.

Suniarius monachus et presbiter, qui hanc scripturam scripsi et subscripsi et signavi die et anno quo supra.

585

22 MAIG 988

RANOVIGA I ELS ALTRES MARMESSORS D'ALBARIC DONEN [AL MONESTIR DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ] UN CAMP I UNA VINYA SITUATS A CORBERA [DEL CASTELL].

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 98v, perdut. — B.* Extret del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 158, ex A. — C. Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 239, pàg. 58, peça 292, ex A.

El regest de Fossà, que completa l'extret parisenc, diu: «Autre (donation) par Ranoviga et les autres exécuteurs testamentaires d'Albaric, d'un champ et d'une vigne à Corbera, du XI des kalendes de juin, année I du règne d'Hugues».

In nomine Domini. Ego Ranoviga, femina, [...].

Facta ista carta donacione XI kalendas iunii, anno I regnante Ugone rege.

[...].

586

26 MAIG 988

DACÓ PREVERE, BONFILL PREVERE I REQUESENS, MARMESSORS DEL DIFUNT MIRÓ, DONEN AL MONESTIR DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ, TAL COM ELS MANÀ EN EL SEU TESTAMENT, UN MAS SITUAT A LA VILLA FULLÀ, A LA VALL DEL CONFLENT, I UN ALTRE MAS I UNA PEÇA DE TERRA SITUATS A LA VILLA BAJANDE, EN EL COMTAT DE Cerdanya.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 118, perdut. — B. Còpia del segle XVIII: París, BN, Col. Moreau, vol. 14, ff. 72-73, ex A.

a.* ABADAL, *Eixalada-Cuixà*, ap. 111, pàgs. 214-215, ex B.

In Dei nomine. Dacho presbiter et Bonefilius presbiter et Recosindus, qui sumus manumissores vel elemosinarii de condam Mironi. Et sic precepit nobis vel iniussit in suo testamento ut scriptura faciamus, sicuti et facimus, ad domum Sancti Michaelis monasterii de Coxano de suo alode que ad illum advenit de servo suo Godemari condam.

Et est ipse alodes in suburbio Elenense, in valle Confluente, infra fines de villa Foliano vel in ipsa villa. Et ipse alodes: casas, casalibus, curtis, curtalibus, ortis, ortalibus, arboribus pomiferis vel impomiferis, terras et vineas cultas vel incultas, aquis aquarum, vieductibus vel reductibus, omnia et in omnibus quantum pertinet ad ipso manso qui fuit de iamdicto Godemari condam, exceptus ipsa clausa cum ipsos nogarios qui est iuxta ipso torrente qui discurrit de Aqua Chanella qui remanet ad Adatrudem, uxori sue, et a filiis suis. Et affrontat ipse alodes: de I parte in locum qui vocant Fines, de alia in rivo que vocant Vernedese, de III in Petra forale, de IIII in Terraga.

Quantum infra istas affrontationes includunt sic donamus vel tradimus alodem de condam Mironi sicut superius insertum est ad domum Sancti Michaelis predicto monasterio ab integrum, ut

inde ipsi monachi qui ibidem sunt Deo servientes et Sancti Michaelis monasterii teneant et possideant sicut aliis munificenciis vel ceteris alodibus de domum Sancti Michaelis propter remedium anime de iamdicto Mironi condam.

Et in comitatu Cerdaniense, in villa Baianida vel infra suas fines, maso I. Et afrontat ipse mansus: de I parte in casa Sancta Maria monasterii Rivipullo, de alia in casa Marchucone clerico, de III^a in quintana. Et ad rivo qui vocant Esna pecia I de terra que affrontat: de I parte in terra Marchucone clerico, de alia in terra de iamdicto Mirone condam, de III in rivo qui vocant Esna. Quantum infra istas affrontationes includunt, sic donamus vel tradimus ipso manso et ipsa terra ab integrum ad predictum Sancti Michaelis monasterii propter remedium anime iamdicto Mironi condam; est manifestum.

Si quis contra hanc charta donacionis venerit ad inrumpendum non hoc valeat vindicare quod appetet sed in duplo componere faciat. Et inantea ista carta firma et stabilis maneat omni tempore.

Facta ista carta donationis VII kalendas iunii, anno I regnante Ugone rege Franchorum.

Dacho presbiter, Signum Bonefilius presbiter, Signum Recosindo, qui ista carta donationis fecimus et firmare rogavimus. Signum Durando. Signum Vudisilo. Signum Vellemare.

Dacho sacerdos, qui ista charta donationis scripsit et subscripsit die et anno prefixo.

587

1 SETEMBRE 988

EN PRESÈNCIA DEL SACERDOT OLIBÀ, DEL JUTGE GUIMERÀ I DE DIVERSOS BONS HOMES, DURAN SACERDOT, BELLUÇ I ANSULF TESTIFIQUEN I JUREN DAVANT L'ALTAR DE L'ESGLÉSIA DE SANT VICENÇ QUE ÉS SITUADA EN EL COMTAT D'OSONA, AL COSTAT DEL CASTELL DE LLUÇÀ, QUE VEIEREN I OÏREN COM SUNIFRED [DE LLUÇÀ] FIRMÀ EL SEU TESTAMENT I ENCOMANÀ LA SEVA ALMOINA ALS SEUS ALMOINERS EN-GONÇA, GUI SAD, SUNYER I OTGER. ENTRE ELS LLEGATS QUE DISPOSÀ, MANÀ LLIURAR A SANT MIQUEL DE CUIXÀ UNA EGUA.

Vegeu *Catalunya carolíngia. Els comtats d'Osona i Manresa*, núm. 1541, pàgs. 1099-1101.

588

20 DESEMBRE 988

OLIBÀ PREVERE I EL SEU FILL MIRÓ DONEN A LA CASA DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ L'ALOU QUE TENEN EN EL COMTAT DE ROSSELLÓ, EN EL TERME DE LA VILLA TORRELLES [DE LA SALANCA], FORMAT PER CASES, HORTS, TERRES, VINYES I UNES SALINES AMB ELS ESTRIS.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 65, perdut. — B. Còpia del segle XVIII: París, BN, Col. Moreau, vol. 3, f. 110, ex A.

a.* ABADAL, *Eixalada-Cuixà*, ap. 112, pàgs. 215-216, ex B.

Segons Abadal (cf. a), s'ha d'identificar el rei Carles de la clàusula de datació amb el pretendent Carles de Lorena, que lluità contra el rei Hug.

In nomine Domini. Ego Oliba, presbiter, et filio meo, nomine Mirone, nos simul in unum, donatores sumus ad domum Sancti Michaelis Coxano alodium nostrum in comitatu Rossolionense, in terminum de villa Torrillias, id est, in casas, casalis, ortis, ortalis, terras et vineas et salinas cum coctoribus et abeuratoribus. Et affrontat ipso manso: de circi in manso de Guadallo vel de fratri suo Teuderico, et afrontat de aquilone in ipso orto. Et ipso orto affrontat: de circi in ipsa curte de Guadallo, de altano affrontat in orto de Volverado archilevita, de meridie affrontat in orto de Scuario vel in ipso maso. Et ipso maso affrontat: in orto, de altano in maso Suniario, de meridie affrontat in strada publica. Et alio orto affrontat: de circi in orto Volverado archilevita, et de aquilone affrontat in ipsa vinea nostra, de altano affrontat in vinea Bonsinda, de meridie affrontat in foragine Volverado archilevita. Et ipsa vinea affrontat: de circi in vinea Guadallo, de aquilone affrontat in vinea Guillelmo vel de Sancto Iuliano, de altano affrontat in vinea Bosinda. Et ipsa vinea qui est a via de Mutationes affrontat: de circi in vinea Sancti Iuliani, de aquilone affrontat in vinea Alavico, de altano de Guitardo, de meridie in ipsa via. Et alia vinea qui est in Fumigaria affrontat: de circi in vinea Stephano, de aquilone de Sancta Eulalia [...], de altano similiter, de meridie in Ratfredo [...] presbiteri. Et alia terra qui est in Salanca affrontat: a circi in terra [...] presbiteri, de aquilone de Eymerico, de altano in ipsa via, de meridie in terra Stephano. Et alia terra que est in Toro affrontat: de circi in terra Seniofredo, de aquilone de Sancto Iuliano, de altano de Ratfredo, de meridie de Sancto Michael. Et in stanco Quantano ipsas salinas qui fuerunt de Spanla vel de Davine, fratri suo.

Quantum infra ista et omnia superius scripta abent affrontationes sic donamus ad iamdictum locum. Qui contra ista nostra donatio venerit pro inrumpendum, aut nos venerimus, non hoc valeat vindicare sed componere vobis ista omnia in duplo. Et inantea ista nostra donatio suam obtineat firmitatem.

Facta ista nostra donatio XIII chalendas ianuarii, anno I regnante Charlone rege.

Oliba presbiter, Signum Miro, nos qui istam donationem fecimus et testes firmare rogavimus. [...].

Oliba presbiter, qui ista carta donatione scripsi et subscripsi die et anno que supra.

589

26 DESEMBRE 988

ELS ESPOSOS ENNEGÓ I SORELLA VENEN A BERNAT, VESCOMTE [DE CONFLENT], I A LA SEVA MULLER GUILLA UNA VINYA QUE TENEN PER COMPLANTACIÓ EN EL SUBURBI D'ELNA, A LA VALL DEL CONFLENT, DINS ELS CONFINIS DE LA VILLA ESTOER, EN EL LLOC ANOMENAT «RODAS», PER L'EQUIVALENT DE TRES SOUS.

O.* La Seu d'Urgell, AC, perg. núm. 131. Al dors: «K[arta] de Confluente» (s. XIII-XIV).

a. BARAUT, *Els documents, dels anys 981-1010*, núm. 217, pàg. 50, ex O.

1. Garino b. — 2. subiacere b. — 3. Carcasense ad. — 4. Electensi ad. — 5. *Ometen* ad. — 6. concessu b. — 7. Giffredus a; Giffridus b. — 8. et b. — 9. vitae vestrae] vestrae vitae b. — 10. detinendam b. — 11. decrevimus b. — 12. ab talis] abitat a; ab Italis b. — 13. Dominum b. — 14. liberis b. — 15. abbatum seu vicinarum] a. — 16. *Omet* b. — 17. vindicet b. — 18. ac b. — 19. *Omet* b. — 20. conspiciuntur b. — 21. eidem ad. — 22. monasteria ad. — 23. disciplinae monachicae] monachicae disciplinae b. — 24. lividus b. — 25. eas ad. — 26. quae ad. — 27. irrigante b. — 28. satiari b. — 29. piorum b. — 30. ullius mortali] ullo mortali b. — 31. postrata d. — 32. nullo ad. — 33. *Ometen* ad. — 34. potestati ad. — 35. *Omet* b. — 36. post sacratissima b. — 37. divestiri b. — 38. producere b. — 39. praeordinatis b. — 40. firmam b. — 41. illibatamque b. — 42. Domino b. — 43. contento b; contempto d. — 44. *Omet* b. — 45. alteri b. — 46. Romana ecclesia] ecclesia Romana b. — 47. de cetero] decreto b. — 48. molestari b. — 49. inde b. — 50. praedicta b. — 51. non b. — 52. futurae vitae] vitae futurae b. — 53. percellantur b. — 54. sexta b.

618

13 NOVEMBRE 993

ELS ESPOSOS GALÍ I BONUÇA VENEN A BERNAT, VESCOMTE [DE CONFLENT], I A LA SEVA MULLER GUILLA UNA PEÇA DE VINYA QUE TENEN PER COMPRA EN EL SUBURBI D'ELNA, A LA VALL DEL CONFLENT, DINS ELS CONFINIS DE LA VILLA ESTOER, PER L'EQUIVALENT D'UN SOU.

O.* La Seu d'Urgell, AC, perg. núm. 143. Al dors: «De Astover» (s. XIII-XIV).

a. BARAUT, *Els documents, dels anys 981-1010*, núm. 234, pàg. 67, i làmina 6, ex O.

In nomine Domini. Ego Galindo et uxori sue Bonuca vinditores sumus vobis Bernardo, vicescomite, et uxori sue Wisla, emtores. Per hanc scriptura vindicionis nostre vindimus vobis pecia I de vinea, qui nobis advenit de comparacione. Et est ipsa vinea in suburbio Elenense, in valle Confluente, infra fines de villa Astovere, in locum ubi dicitur ad ipsas Planas, super ipso campo. Et afrontat ipsa vinea: de II partes in vinea de Eldeberto, et de III vel de IIII de filios Randemira, qui fuit conda. Quantum inter istas afrontaciones includunt sic vindimus vobis ipsa vinea cum exio et regressio ab omnem integrietatem, in aderato vel definito precio solido I in rem valentem; et est manifestum. Ut de ex presenti die et anno et tempore quitquit ista omnia facere, aiere vel iudicare vo-

lueritis, libera et firmissimam in Dei nomine abeatis potestatem a proprio¹. Et inantea ista vindicio firmis permaneat omnique tempore.

Facta carta vindicionis idus novembrii, anno VII regnantem Ugo magno rege.

Sign+um Galinno, S+um Bonuca, qui ista carta vindicionis fecimus et firmamus et testes firmare rogavimus. S+um Lunesindus. S+um Gonterus. S+um Alaricus.

Adrovarius presbiter, qui ista carta rogitus iscripsit et SSS. die et anno quod supra.

1. a proprio] oproprio.

619

19 NOVEMBRE 993

BERENGUER, BISBE D'ELNA, ACUT AL VALLESPÍR, A LA VILLA ANOMENADA RIUFERRER, PER TAL DE CON-SAGRAR LES ESGLÉSIES DE SANT ESTEVE [D'ARLES] I SANT MARTÍ [DE CORTSAVÍ], EDIFICADES PELS PARES DELS QUI ARA HABITEN EN L'ESMENTADA VILLA, ELS QUALS LES DOTEN AMB ELS TERRENYS PER A LLURS CEMENTIRIS I LES SOTMETEN A LA SEU DE SANTA EULÀLIA D'ELNA. S'ESTABLEIX QUE DELS DELMES, LES PRIMÍCIES I LES OBLACIONS QUE ELS SACERDOTS HAN DE REBRE PER CONSTITUCIÓ DEL BISBE, PAGUIN ELS TERÇOS, LES PARADES, ELS CENSOS SINODALS I TOTS ELS ALTRES PAGAMENTS ECLESIASTICS A SANTA EULÀLIA [D'ELNA]. PER ÚLTIM, SÓN FIXATS ELS TERMES PARROQUIALS RESPECTIUS.

[O]. Original perdut, probablement el document del monestir d'Arles copiat per G. Costa. — A.* Còpia de vers 1644-1660, feta per G. Costa: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, ff. 278-278v, «ex archivo Arulensis coenobii».

a. *Marca hispánica*, ap. CXLII, cols. 947-948, «ex archivo monasterii Arulensis» (ex A). — b. MONSALVATJE, *El obispado de Elna*, tom III, ap. VIII, pàgs. 365-366, ex a. — c. ORDEIG, *Les dotalies*, vol. I, núm. 110, pàgs. 259-260, ex A.

RE: *Gallia christiana*, vol. VI, col. 1038.

In nomine Domini Dei eterni. Sub die Incarnationis Domini nostri Iesu Christi anno DCCCCXCIII¹, inditione V, veniens vir reverentissimus domnus Berengarius, sedis Elenense episcopus, in Valle Asperi, in villa que nuncupant Rivo Ferrario, ad dedicandas ecclesias quas edificaverunt parentes de nos qui sumus modo presentes, videlicet Seniullo presbitero, Gischafredo iudice et Fruilano presbitero, Eudo et Teudo, Vidiano et Gerardo² et Gischafredo et Durando et Mascaroni et Ellesindo et Genrico et Martino et Dominico et Seniofredo et Rasimir et Mannarico et nos eas per successionem parentorum nostrorum tradimus eas iamdicto venerabili patri nostro, Berengario episcopo, consecrandas in honore Sancti Stephani, martiris Christi, et Sancti Martini. Et donamus in circuitum ipsarum ecclesiarum cimiteria secundum canonicam auctoritatem: in circuitu ecclesie Sancti Stephani cimiterium XXX^a passuum, et in circuitu ecclesie Santi Martini cimiterium XXX^a passuum, ibidem Christo Domino famulantes, tam vivis quam etiam mortuis.

Et ut ipsas ecclesias semper subdite sint Sancte Eulalie sedis Elenense matrem ecclesie et ipsi sacerdotes qui ibi primicias et decimas et oblationes fidelium per constitutionem iamdicti patris nostri Berengarii episcopi vel successoribus suis ibidem acceperint, tercias atque paradas; et ad sinodum

primum relias III et ad alium sinodum relias III, et omnes redibitiones ecclesiasticas per auctoritatem canonice potestati Sancte Eulalie persolvi non diferant.

Et sunt termini parrochiarum ecclesiarum ipsarum isti: de una parte affrontat in parrochia Sancti Andree et Sancti Martini de Palaciocan, et de alia parte in parrochia de Sancta Maria de Costoga, et de tertia parte in parrochia de Sancta Maria de Moledo, et quartus terminus in cacumine de Canigone.

Et hec omnia ita sunt definita a nobis ut de ista omnia suprascripta nullus comes, nec vicescomes, nec villicus, nec centenarius, nec decanus exinde aliquid potestatem habeat, sed semper iure ecclesiastice maneat mancipatum. Quod si ulla secularis potestas aut quislibet homo de ista omnia superius scripta aliquid subtrahere voluerit, aut per malam occasionem in alio modo transferre aut aliud mutare quam nos ordinamus, excommunicatus permaneat et a liminibus sancte Dei Ecclesie extraneus fiat; et insuper componat in vinculo auri libras III. Et insuper ista dotis inrumpi non permittatur, sed plenissimam obtineat firmitatem.

Facta dote sub die XIII kalendas decembris, anno VII quod Ugo magnus regnandi sumpsit exordium.

Sennullus presbiter, Wiskafredus iudex, Fruila presbiter. [...]³. Seniofredus vicescomes +. Bernardus, gratia Dei comes, +. Francus, iocarius +. Berengarius, sancte sedis Elenensis episcopus, +.

Domenicus presbiter, qui ista dote scripsit die et anno quod supra.

1. DCCCCXCVII, *corregit al marge* A. — 2. Gerurdo A. — 3. Etc. A.

620

18 DESEMBRE 993

SENTILL, ABAT DE SANTA MARIA D'ARLES, PRESENTA QUERELLA DAVANT EL TRIBUNAL DE LA COMTESSA ERMENGARS I DEL SEU FILL BERENGUER, BISBE D'ELNA, EN EL COMTAT DE VALLESPÍ, A CASTELLNOU, PER RAÓ DE L'ALOU DE TORDERES. CONGREGATS ELS VEÏNS MÉS VELLS DE LES VILLES TÀPIES I FORQUES DAVANT L'ESGLÉSIA DE SANT MARTÍ [DE FORQUES], ELEGEIXEN TRES TESTIMONIS QUE, UN COP PRESTAT JURAMENT DAMUNT L'ALTAR I LES RELÍQUIES DELS MÀRTIRS ABDÓ I SENÉN, RECORREN I DETERMINEN ELS ANTICS LÍMITS DE L'ALOU.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del 22 de març de 1001, feta per Adalbert per manament de l'abat Sentill, perduda. Probablement el pergamí vist a Arles, AM, per G. Costa. — B.* Còpia del segle XVII, per G. Costa: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, ff. 313v-315, ex A. — C.* Còpia del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 9, «collationnée sur la charte originale», «Arch. du monast. de Notre Dame d'Arles» (ex A).

a.* *Marca hispanica*, ap. CXLIII, cols. 948-950, «ex chartulario monasterii Arulensis» (de fet, però, ex A per mitjà de B). — b. MONSALVATJE, *Monasterio de Santa María de Arles*, ap. XIV, ex a.

RE: *Gallia christiana*, vol. VI, col. 1038 i col. 1085.

Al final de la còpia parisenca hi ha escrit, de la mà de fra Guillem Costa, el següent: «Al dit acte van cusits altres dos actes antichs exhibint testimonis experts y fan per la terminació de Torderas. En tots dos *anno VII regnante Ugone in Francia*, com en lo alt dit. Dels dos actes, lo hu és molt llarch». Sembla evident, doncs, que

es tractava de tres pergamins cosits entre ells. Fossà féu la seva còpia de la «charte originale», és a dir, la de 1001. En l'edició de 1688, però, s'apuntà que el document s'havia copiat del cartoral del monestir d'Arles. Sembla que Baluze ho devia deduir erròniament del fet que tota una sèrie de documents copiats en els primers folis del quadern que després s'integrà en el volum 117 de la Collection Baluze (ff. 266-315), del qual tragué el text per a l'edició, provenien del cartoral.

Notitia edita de anticos terminos et limites comprobatos et¹ veraciter demonstratos et de divisione qui fuit facta per ipsos terminos qui sunt inter alodes vel villares que nuncupant Tordarias sive villas vel villarunculis qui sunt circa predicto alode² Tordarias, id est, villas que nuncupant Tapias et Furchas et Altedo³ et ipsum Villare.⁴

Dum residebat nobilis matrona Ermengardis comitissa in comitatu⁵ Valle Asperi, in Castro Novo, unacum filio suo Berengario, episcopo sedis Sancte Eulalie Elenensis⁶ ecclesie, necnon et cum nuru sua Tota, itidem comitissa, et cum suis proceres qui in predicto comanent comitatu, id est Oliba vicescomes et Miro, Segario, Guilelmo, Fraudulone, Adalberto, Lobatone, et Salamone saione, seu iudices qui iussi sunt negotias seculares iudicare et legibus diffinire⁷, id est, Guilelmo et Sonifredo iudices, et aliorum multorum bonorum hominum qui ibidem erant congregati ad⁸ constitutos placitos. In eorum presentia venit Sintillus, abba cenobio Sancte Marie Arulas, suamque ingentem⁹ prompsit¹⁰ querelam de predicto¹¹ alode¹² Tordarias, que debebat tenere ab integrum per anticos¹³ terminos et limites per regimen prefati cenobii sicut ipsi eredes vel possessores qui ab¹⁴ initio predictum alodem adquisierunt et de eremum ad culturam traxerunt, sive successores eorum qui post illos per scripturas empcionis vel donationis eum adquisierunt et tenuerunt. Et infra predictos terminos nullus homo non debet edificium facere nec ullam laborationem sine blandimento de ipsos abates vel monachos qui regunt predictum cenobium sub regula almi patris Benedicti. Sed sciunt isti circumstantes qui comanent in predictas villas qui sunt circa predicto alode¹⁵ Tordarias, quia non possumus abere¹⁶ homines annosos vel senes qui nobis insinuent aut demonstrent quia per alios locos sunt ipsi terminos evulsi et ipsas limites tractas et laboratas. Et isti inspectores qui stant iuxta ipsos terminos sciunt eos unde fuerunt constructi et sciunt nostram ignorantiam quia per alios locos incogniti sumus de¹⁷ predictos terminos, et per presumptivam novitatem sunt introducti infra nostro alode¹⁸.

Denique, ut audivit iamdicta Ermengardis tam magnam querimoniam vel clamorem de predicto abate suisque monachis, diligenter eam auscultavit et requisivit consilium ad predictos iudices et seniores quomodo potuissent tam magnam clamorem et tam grandem altercationem per directum finire. Predicti vero iudices ei dixerunt: «In lege reperimus scriptum quia non est minor reatus vera subprimere¹⁹ quam falsa confingere; et si amonitus quisquam a iudice de ea re que²⁰ noverit testimonium peribere noluerit, si nobilis persona est, nullus homo non debet ulterius suum testimonium recipere; si vero minor ingenua persona est, et dignitatem et testimonium debet carere et centum flagella infamatus suscipere»²¹. Ut autem audivit predicta comitissa et predicti seniores talem consilium quod lex precipit²², ordinaverunt ut omnes convicini²³ inspectores qui in predictas villas Tapias vel Furchas fuerunt nati vel nutriti, fecissent venire in eorum presencia, et qui plus essent annosi et plus sciunt veritatem de predictos terminos, et iurassent quod veritatem exinde non celassent et mendacium non dixissent.

Quod ut audierunt omnes convicini de predictas villas quod talem iudicium abebant²⁴ ordinatum vel sancitum supranominate potestates et iudices, placuit illis. Et fuerunt summo diluculo congregati ante ecclesiam Sancti Martini, qui situs esse videtur in sepe iamdicto alode Tordarias. Et elegerunt inter se tria testimonia qui supradictum sacramentum in iamdicta ecclesia Sancti Martini

supra eius altare sive supra sanctos martires Abdon et Sennen manibus iuraverunt et ipsos terminos insinuaverunt et²⁵ demonstraverunt; quorum²⁶ nomina hec sunt: Sinofredus²⁷, Stefanus, Altimirus. Predicti testes exierunt de iamdicta ecclesia, et ascenderunt in ipsa serra qui est supra ipsa ecclesia, ubi ipse vie se iungunt, ipsa videlicet qui venit de Sancto Petro Paciano ab ipso seminario qui venit de Sancto Stefano. In ibidem loco perrexerunt²⁸ predicti testes primi, et omnes homines a longe secus eos, et ambulaverunt per²⁹ ipso termine qui est subtus iamdicto seminario que pergit a Sancto Stefano, et descenderunt prope ipsa³⁰ comma et reverterunt contra orientem, etprehendiderunt unum angulum, et invenerunt ibi terminos infra alodem Sancte Marie et Sancto Martino. Postea ascenderunt per ipso termine de ipso campo qui fuit de ipso Suniario vel erede³¹ suo usque in ipso puio que dicunt Buziga, et descenderunt per terminos de Buziga usque in terminio de Paciano vel de Tapias; postea intraverunt infra terminos de Tapias et pediaverunt ibi condamina I per voce Sancte Marie; postea reverterunt in predicta serra qui est ante Sancto Martino et ambulaverunt contra orientem secus ipsa condamina de Sancta Maria; et pervenerunt per ipsa limite usque in ipso seminario³² que³³ vadit ad Tapias, et reverterunt ante ipsa porta que fuit de Suniario; et³⁴ postea intraverunt inter ipsa terra de Belelo vel de heredes suos et ipso campo de Sancto Martino usque ad ipso campo qui fuit de Belelo, et pervenerunt iuxta ipso³⁵ campo usque ad parietem de ipso maso³⁶ qui fuit de Bellone; et ambulaverunt iuxta ipsas parietes de ipso maso³⁷ qui fuit de Suniario, et circumdarunt ipso maso usque ad ipso perario; et ibi invenerunt infra sterquilinio iuxta ipsam parietem terminum anticum, et descendit per ipso vallo usque in ipso aquale; et ascenderunt inde per ipsum terminum qui est inter campo de Bonefilio et de villa Furchas, et pervenerunt usque ad domo de Bonefilio; et perrexerunt inde per ipsam viam usque ad ipsam limitem qui est in terra de Sancta Maria Grassa et alodem de Tordarias; et pervadit per ipsas limites et per ipsas sepes de ipsos ortos³⁸ de Forchas, qui sunt super ipsas casas; et ascendit inde per unum limitem usque in ipso margine qui est in ipso puio de Mirone; et descendit inde per ipsos terminos secus ipsa comella usque in ipso rivo iuxta ortale³⁹ qui fuit de Languardo, et ascendit inde per medium alveum usque ad ipsa salzeda; ibi exit terminus de ipso rivo, et vadit in directum per ipsa via vetere de Casania usque in ipsa vinea qui est in ipso ferrario. Sed ut ambulaverunt secus ipsa vinea, pervenerunt in ipso rivo et tenuit ipsa via que vadit ad ipso villare usque in ipso margine de vinerario de Alcedo et ambulaverunt pro ipso margine⁴⁰ contra meridiem usque in ipsa comella; et ascendit ipse terminus inde usque in ipso collo ad ipso clapario. Et ibi concordaverunt quod per predicta comella debet predictus terminus ascendere. Et ascenderunt de ipso collo usque in ipso puio ante ipsas chasas de ipso villare; et descenderunt de ipso puio et pervenerunt usque in ipso orto⁴¹ de Bonefacio; et descenderunt inde super ipso perario usque ad ipso Portello qui est in ipso aquale iuxta ipso orto⁴² de Gumarane. Et ascenderunt inde per ipsa charraria vetere usque in ipso puio ad ipsas petras naturales. Et descenderunt secus ipso ortale⁴³ in ipsa comma qui est subtus ipso casale⁴⁴ que fecit Bonefilius; et ascendit inde per ipsa comella usque in ipso collo antequam perveniat ad Fossa de Umilio, et est predictus collus ante Charios Albos. Deinde inantea non ambulaverunt predicti testes, sed ibi dixerunt quod non sciebant amplius terminare predictos alodes.

Facta est hec noticia XV⁴⁵ kalendas ianuarii, anno VII⁴⁶ quod cepit regnare Ugo in Francia.

S+n Poncius, S+n Aigredus, S+n Ballofredus, S+n Androarius, S+n Galindus, S+n Sintricus, S+n Arivonsus, S+n Segarius, qui fuimus visores aut auditores de ista diffinitione. S+n Ermengardis comitissa. S+n Salamon saio. S+n Sonifredus iudex.

Suniullus⁴⁷ presbiter, qui hanc noticiam subscripsit sub die annoque prefixo. Deo gratias. Amen. Sonifredus iudex, <alia manu>.

Adalbertus⁴⁸, qui hunc relatum transcripsit, iubente domno Sintillo abate, in presencia virorum ibidem circum adstantium⁴⁹, XI⁵⁰ kalendas aprelīi⁵¹, anno V⁵² quod cepit Rodobertus regnare in Francia.

Sicardus⁵³, Ariulfus, Guanta⁵⁴, Durando, Oliba, Riculfo, in cuius presencia hec relatio transcripta est et illorum manibus roborata.

1. *Omet* B. — 2. alodio C. — 3. Alcedo C. — 4. Notitia edita... Villare, *omet* a. — 5. in, *afegeix* B. — 6. Elnensis C. — 7. definire C. — 8. et B. — 9. ingenti B. — 10. promit B, promsit a. — 11. *Omet* a. — 12. alodio C. — 13. antiquos C. — 14. ob C. — 15. alodio C. — 16. habere Ca. — 17. et C. — 18. alodio C. — 19. suppressere a. — 20. quam a. — 21. Cf. *Liber Iudiciorum*, II, 4, 2. — 22. percipit C. — 23. convicinos et C. — 24. habebant Ca. — 25. ipsos terminos insinuaverunt et, *ometen* Ba. — 26. corum B. — 27. Sigofredus Ba. — 28. prorerunt C. — 29. pro C. — 30. iam B. — 31. herede Ca. — 32. semetario B. — 33. quod C, qui a. — 34. *Ometen* Ba. — 35. qui fuit de Belelo, et pervenerunt iuxta ipso, *repeteix* C. — 36. manso C. — 37. manso C. — 38. hortos Ca. — 39. hortale Ca. — 40. de vineario de Alcedo et ambulaverunt pro ipso margine, *ometen* Ba. — 41. horto a. — 42. horto Ca. — 43. hortale a. — 44. cortale C. — 45. decimo quinto C. — 46. septimo C. — 47. Siniullus C. — 48. Vaulbertus Ba. — 49. circumstancium C. — 50. decimo primo C. — 51. aprilis C. — 52. quinto C. — 53. Silardus C. — 54. Quanta C.

621

3 JULIOL 993 – 2 JULIOL 994

SENTILL, ABAT DE SANTA MARIA D'ARLES, PERMUTA AMB MIRÓ UN ALOU, EN PRESÈNCIA DEL BISBE BERENGUER D'ELNA.

[O]. Original perdut.

RE: *Gallia christiana*, vol. VI, col. 1085.

El regest de *Gallia christiana* diu: «Arulae. Series abbatum. (...) Sintillus (...) cum quodam Mirone alodem commutavit, praesente eodem Berengario, Helenensi episcopo, anno superiore [anno septimo quo Hugo regnare coepit].»

622

28 AGOST [994]

UNA DONA ANOMENADA OSSEJA FA UNA DONACIÓ [AL MONESTIR DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ].

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major del monestir de Cuixà, f. 121, perdut. — B.* Extret del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 170v, ex A.

Com que el rei Hug morí durant l'any desè del seu regnat, cal corregir la xifra XIII de la clàusula de datació probablement per VIII.

In nomine Domini. Ego Osega, femina, [...].

Facta ista carta donatione V kalendas septembris, anno [VIII]¹ regnante Ugo magno vel rege.

Sig+num Osega. [...]

1. XIII B.

623

17 ABRIL 995

ELS ESPOSOS FRANCO I GALÍCIA DONEN AL MONESTIR DE SANT PERE DE CAMPRODON UNA VINYA QUE TENEN PER COMPRA EN EL SUBURBI D'ELNA, A LA VALL DEL CONFLENT, DINS ELS CONFINES DE LA VILLA SAORRA, EN EL LLOC ANOMENAT «TOROPILADO».

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia, probablement, vista per Monsalvatje a Girona, Arxiu de la Delegació d'Hisenda.

RE: MONSALVATJE, *Colección diplomática*, tom I, núm. CCIII, pàg. 240.

El regest de Monsalvatje diu així: «Donación otorgada por Franco y su esposa Galicia á favor del monasterio de Camprodón de *peña* I de viña, la cual les pertenecía por compra y se hallaba enclavada *in suburbio Elenense, in valle Confluente, [infra] fines de villa Saborra*, en el lugar denominado *Toropilado*. *Facta karta donationis XV kalendas madi, anno VIII Ugo magno regnandi sumpsit exordium*».

624

3 JULIOL 995

GAUFRED SACERDOT FA UNA DONACIÓ AL CENOBI DE SANT MIQUEL I SANT GERMÀ DE CUIXÀ.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 33, perdut. — B. Extret del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 129v, ex A.

a.* ABADAL, *Eixalada-Cuixà*, ap. 118, pàg. 220, ex. B.

In nomine Domini. Ego Gaufredus, sacer, donator sum Domino Deo et Sancti Mikaelis vel Sancti Germani cenobii Coxiani, qui est situs in valle Confluente, iuxta fluvium Litteranis [...].

Facta ista scriptura donationis vel largitionis V nonas iulii, anno VIII regnante Ugone magno rege. Wifredus presbiter, qui hanc scripturam feci et firmare rogavi.
[...].

625

2 NOVEMBRE 995

BERNAT, VESCOMTE [DE CONFLENT], I LA SEVA ESPOSA GUILLA DONEN A L'ESGLÉSIA DE SANTA MARIA DE LA SEU D'URGELL I AL BISBE SALLA UNS ALOUS QUE TENEN EN EL COMTAT DE BERGA, EN ELS LLOCS DE VILADA I «SPUNGIA», A CANVI DE L'ALOU QUE L'ESMENTADA SEU EPISCOPAL TÉ A TORROELLA [TERME DE NAVARS]. BERNAT I GUILLA RETINDRAN TOTS AQUESTS ALOUS MENTRE VIURAN, DESPRÉS ELS RETINDRÀ EL FILL D'ELLS QUE ELEGEIXEN I, A LA MORT D'AQUEST, RESTARAN EN PODER DE LA SEU URGELLENCA.

Vegeu *Catalunya carolíngia. Els comtats d'Urgell, Cerdanya i Berga*.

Regest redactat ex BARAUT, *Els documents, dels anys 981-1010*, núm. 242, pàgs. 74-75.

626

24 FEBRER 996

SALLA, BISBE [D'URGELL], DÓNA A SANTA MARIA DE LA SEU D'URGELL EL CASTELL DE CARCOLZE, SITUAT EN EL COMTAT D'URGELL. FA LA DONACIÓ AMB EL PACTE QUE EL RETINDRÀ EL SEU NEBOT ERMENGOL, FILL DEL VESCOMTE BERNAT [DE CONFLENT], MENTRE VIURÀ.

Vegeu *Catalunya carolíngia. Els comtats d'Urgell, Cerdanya i Berga*.

Regest redactat ex BARAUT, *Els documents, dels anys 981-1010*, núm. 244, pàgs. 76-77.

627

26 FEBRER 996

SALLA, BISBE [D'URGELL], VEN AL VESCOMTE BERNAT [DE CONFLENT] I A LA SEVA MULLER GUILLA ELS ALOUS QUE TÉ EN EL COMTAT DE ROSSELLÓ, AL VALLESPÍ I AL CONFLENT, PEL PREU DE CENT SOUS.

O.* La Seu d'Urgell, AC, perg. núm. 149. Al dors: «In valle Asperi» (s. XIII-XIV).

a. BARAUT, *Els documents, dels anys 981-1010*, núm. 245, pàgs. 77-78, ex O.

In nomine Domini. Ego Salla, gratia Dei presul, vinditor sum ego Bernardo, vicecommite, et uxor sua Wislla, emtores. Per hanc scriptura vindicionis mee vindo vobis alodes meos propios, qui michi adveniunt de parentorum vel de comparacio[ne]¹ vel per qualicumque voce. Et sunt ipsi alodes in commitatum Resolionense vel in Valle Asperi sive in Confluent.

Vindo ego vobis in ibidem comitatos omnem hereditatem meam, id est kasas, chasalibus, ortis, ortalibus, terras cultas vel incultas, vineas, arboribus, molindinis, cum illorum caputaquis, pratis, pascuis, silvis, garricis, cum exiis vel regresiis earum et cum illorum afrontaciones. Quantumque ego ibidem abeo vel abere debeo tam de parentorum quam de comparacione vel per qualicumque voce sic vindo vobis ab integrum in precio quod inter me et vos convenit solidos centum; et est manifestum.

Quem vero predictos istos alodes que ego habeo infra istos comitatos de meo iuro in vestro trado dominio et potestatem ad proprio ad omnia quecumque volueritis facere. Et si quis contra hanc-ista carta vindicione venerit ad inrumpendum aut ego vinditor venero aut ullusque homo qui vobis inquietare voluerit, non hoc valeat vindicare sed in duplo vobis componere faciat aut ego facio cum sua inmelioracione. Et inantea ista vindicio firmis permaneat omnique tempore.

Facta ista vindicio V kalendas marci, anno VIII regnante Ugo magno vel rege.

Bulgarus presbiter SSS.* Salla, gratia Dei episcopus, qui ista vindicione feci et firmare rogavi et SSS.* Sig+num Soniefredus de Boxedeira. Sig+num Lub Sancio, filio Blancheto.

Ygela presbiter, qui ista carta vindicione scripsit et SSS. die et anno quod supra.

1. *Manca*.

628

OCTUBRE [988-996]

ARNAU, FILL DE GARSÈN, DÓNA A SANTA MARIA DE LA GRASSA L'ALOU QUE TÉ PER HERÈNCIA EN EL PAGUS DE TOLOSA, EN EL TERME ANOMENAT «SUPERNICO», EN LA VILLA D'AX [DELS TERMES], PERÒ SE'N RESERVA LA POTESTAT PER A ELL, MENTRE VISQUI, I PER A UN FILL LEGÍTIM, SI EL TÉ. SI ALGÚ [D'ENTRE ELS SEUS HEREUS] VOLGUÉS SOSTREURE A LA GRASSA L'ESMENTAT ALOU, QUE AQUEST PASSI AL PODER DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ I QUE EL COMTE BERNAT, FILL D'OLIBA [COMTE DE Cerdanya-Conflemt], I ELS SEUS GERMANS [COM A PATRONS DEL MONESTIR DE CUIXÀ] PAGUIN MIL SOUS A LA GRASSA EN COMPENSACIÓ.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia en pergamí a l'abadia de la Grassa, AM, perduda. — B. Còpia de 1668-1669: París, BN, Col. Doat, vol. 66, ff. 155-156, ex A. — C. Regest de 1692, fet per dom Étienne Dulaur: París, BMaz, Latin 3388, *Synopsis rerum memorabilium*, pàg. 52.

a. MAHUL, *Cartulaire*, vol. II, pàg. 227 (amplis extrets). — b.* MAGNOU-NORTIER, *Recueil*, núm. 84, pàgs. 134-135 (amb data de 987), ex B.

En la clàusula de datació consta que el document present fou atorgat un dissabte d'octubre del regnat del rei Hug, és a dir, entre els anys 987 i 996. El protagonisme que s'hi dona a Bernat Tallaferro i als seus germans, fills d'Oliba Cabreta, revela que aquest ja havia renunciat al govern per retirar-se al monestir de Montecassino, cosa que féu el febrer de 988, o que ja havia mort en el seu retir, probablement l'any 990 (Vegeu ABADAL, *Eixalada-Cuixà*, pàgs. 109-113).

In Dei nomen. Arnaldo, filium Garsindae, donatore. Donator sum ego ipsum alodem meum quae mihi advenit de alode parentorum meorum, qui est in pago Tholosano, in ministerio Supernico, in villa quae dicitur Aquis, ipsa villa Aquis cum ipsas ecclesias Sancti Vincentii et cum ipsa ecclesia Sancti Iohannis et cum Tiniago, excepto duos casales, cum ipsa haereditate, sic dono tibi; et in alio loco, ipsum alode de Vexis cum ipsum alode de Aniaus, et cum ipso alode de Burco, et cum ipso alode de Ausa, et cum ipso alode de Beceras, et cum ipso alode de Urdexio, et cum ipso alode de Urla, et cum ipsa medietate de Merengos ab ipsa medietate de ipsa ecclesia Sancti Petri, et cum ipso alode de Sobernico, tam quisitum quam ad inquirendum vel inquirere potueris. In tale vero ratione: dum ego vivit Arnaldus, mea sit potestas; si infans de me aparuit legitimus de muliere, remaneat ad illum; et si infans de me non aparuit legitimus de muliere, remaneat ad Deum patrem omnipotentem et ad Christum filium Dei et ad Sanctam Mariam quae vocant Grassa, propter animam meam Arnaldus et parentorum meorum quibus ipsa hereditas succedit. Si est ullus homo aut ulla femina qui tollere voluerit ad Deum patrem omnipotentem et ad Sanctam Mariam quae vocant Grassa, remaneat Sancti Michaelis a Cuxano et donant Bernardus comitis, filius Olibane, cum fratres suos, solidos M ad Sanctam Mariam quae vocant Grassa propter Arnaldo vel parentes suos. Ista carta firmis et stabilis sit apud Deum omnique tempore.

Facta carta donationis ista in mense octobri, in die sabbati, sub die feria VII^a, anno regnante Ugone rege.

Sig+num Arnaldo, qui carta ista scribere rogavit, firmavit et firmare rogavit. S[ig+num] Boliar-de. S[ig+num] Bernardo. S[ig+num] Godino. S[ig+num] Dominico. S[ig+num] Barone.

S[ig+num] Ioh[annes] presbiter rogitus scripsit.

629

9 DESEMBRE 996

EN PRESÈNCIA DEL SACERDOT MIRÓ, DEL JUTGE SENDRED I DE MOLTS BONS HOMES, ELS ALMOINERS DE GUITART, MORT EN UNA LLUITA A LA VALL D'ANDORRA, FAN PÚBLIC, JUNT AMB ELS TESTIMONIS, EL SEU TESTAMENT I EL JUREN DAVANT L'ALTAR DE SANT ANDREU DE VILALLOBENT. ENTRE ELS LLEGATS QUE DISPOSÀ, VOLGUÉ QUE L'ALOU QUE TENIA A SALTÈGUET [TERME D'ALP] FOS LLIURAT AL CENOBI DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ.

Vegeu *Catalunya carolíngia. Els comtats d'Urgell, Cerdanya i Berga*.

Regest redactat ex BARAUT, *Els documents, dels anys 981-1010*, núm. 247, pàgs. 79-80.

630

21 FEBRER 997

SALLA, SEGONS EL SEU TESTAMENT SACRAMENTAL, LLEGÀ TRES PECES DE TERRA AL CENOBI DE SANTA MARIA D'ARLES.

[O]. Original perdut. — [A]. Regest, potser de 1586, en l'Inventari de l'arxiu del monestir d'Arles fet per Agullana, pàg. 46. — B.* Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 237, ex A.

El regest de Fossà diu: «Testamentum sacramentale Sanlani, quo legavit coenobio Beatae Mariae Arularum tres petias terrae. Actum 9 calendas martii, anno Iº regnante Rodoberto rege. Signatum a tergo».

631

4 MARÇ 997

GUILLEM, PER TAL D'OBTENIR EL PERDÓ DE DÉU, DEMANA ALS SEUS AMICS GONDEBERT SACERDOT, BONFILL, OLIBÀ SACERDOT I GUILLEMÓ I A LA SEVA ESPOSA ADALTRUDA QUE FACIN ENCOMANAR LA SEVA ÀNIMA I QUE DISTRIBUEIXIN EL SEU HAVER. DÓNA LA MEITAT DE L'ALOU QUE TÉ EN ELS COMTATS DE MANRESA, OSONA, Cerdanya i Conflent a LA SEVA FILLA GODEBERGA I L'ALTRA MEITAT A LA SEVA ESPOSA ADALTRUDA AMB LA CONDICIÓN QUE QUAN ELLA MORI PASSI A LA SEU DE VIC. MANA QUE TOTS ELS ALTRES BÉNS MOBLES SIGUIN LLIURATS A LES ESGLÉSIES, ALS SACERDOTS I A LA REDEMPCIÓN DELS CAPTIUS PER A REMEI DE LA SEVA ÀNIMA.

Vegeu *Catalunya carolíngia. Els comtats d'Osona i Manresa*, núm. 1759, pàgs. 1248-1249.

632

11 MAIG 997

ODÓ DÓNA AL MONESTIR DE SANT MIQUEL [DE CUIXÀ] L'ALOU QUE TÉ EN EL COMTAT DE CONFLENT O DE ROSSELLÓ, EN ELS LLOCS ANOMENATS «BULA» [BULATERNERA] I REGLELLA.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 96v, perdut. — B.* Extret del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 157, ex A. — C. Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 239, pàg. 58, peça 281, ex A. — D. Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 238, pàg. 19, ex A.

Els regests de Fossà diuen: «Donation faite au dit monastère par Odon de son alleu en Conflent, à Boule et Reglella, *ab integrum*, du 5 des ides de mai, année I^{re} du règne de Robert» (C) i «Donatio facta per Odonem de alodiis in locos vocatos Bula vel Regulela, 5 idus maii anno I regni Rodberti» (D).

In Dei nomine. Ego Oddo donator sum ad domum Sancti Mikaelii archangeli qui est situs in valle Conflente, iuxta fluvium Literanis. Manifestum est enim quia dono ibidem omnem alaudem meum quod habeo per quacumque voce in comitatu Conflente vel Rossilionense, in locis que nuncupantur Bula vel Regulela [...].

Facta carta ista V idus madi, anno I^o regnante Rotberto [...].

633

20 MAIG 997

LEUDEVÍ DÓNA AL MONESTIR [DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ] UNA VINYA QUE TÉ A TOLUGES.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 59v, perdut. — B.* Extret del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 143v, ex A. — C. Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 239, pàg. 29, peça 114, ex A.

El regest de Fossà, que completa l'extret parisenc, diu: «Donation faite au dit monastère par Leudovino d'une vigne à Tologias, le 13 des kalendes de juin, année I du règne de Robert».

In nomine Domini. Ego Leudovino [...].

Facta carta donationis XIII kalendas iunii, anno primo regnante Rodberto rege.

[...].

634

[997]

OLIBÀ I LA SEVA ESPOSA BONADONA DONEN A L'ESGLÉSIA DE SANT MARTÍ [DE CANIGÓ] ELS ALOUS QUE TENEN A MARIANS I SOANYES.

[O]. Original perdut. — [A]. Regest de 1586 en l'Inventari de l'arxiu del monestir de Canigó fet per Jaume d'Agullana, núm. 549.

RE.* PUIGGARÍ, *Notices* (amb la data de 997), ex A.

El regest de Puiggarí diu: «Oliba et sa femme Bonadona donnent à la *domus Sancti Martini* leurs alleux à Marinyans et à Souanyas».

635

17 MARÇ 998

EL COMTE BERNAT [I DE BESALÚ-VALLESPÍR] DÓNA AL CENOBI DE SANTA MARIA D'ARLES L'IMPOST, CENS O PASQUARI QUE ELS HOMES DE RIUFERRER I DE TOTA LA VALL QUE TENEN ALOU CURIAL, ANOMENAT VULGARMENT FEUDAL, LI HAN DE PAGAR.

[O]. Original perdut, potser el document que es conservava a Arles, AM, en el segle XVII.— A.* Còpia del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, ff. 294-294v, ex O.

Sobre l'expressió «alodem curialem que vulgo dicimus fevalem» que trobem en el text present, vegeu MAGNOU, *Note sur le sens du mot «fevum»*, annex II, pàg. 152, i BONNASSIE, *Catalunya mil anys enrera*, tom I, pàg. 187.

In Christi nomine, cuius hordinatione cuncta disponuntur atque utiliter reguntur. Ego Bernardus, comes, dono Domino Deo et Sancta Maria cenobio Arulas funcctionem vel censum sive pascuatico quod illi homines qui manent in Rivo Ferrario sive alii que infra terminos de predicta valle habent alodem curialem que vulgo dicimus fevalem. Tale censum quod illi homines vel feminas hodie donant aut donare debent per directum a me, suprascripto Bernardo, aud ad ullum hominem per voce comitalem, sic dono ab integrum illum a predicto monasterio sine ulla reservatione. Terminatur vero predictus feus: de una parte in ipsa abadia et in ipsa chuchularia, et de alia parte in flumen Tech, et de III^a in feo de Cotsavino, et de IIII^a in fevo de Monte Baudono.

Quantum infra predictas affrontationes includit sic maneat suprascriptam funcctione in dominatione predicti monasterii perhenniter mancipata sine alicuius contradiccione vel minoratione. Et quicquid exinde abas et monachi presentes et futuri secundum monasticum decretum facere velint, liberam habeant potestatem. Et advenit mihi suprascripta omnia per voce parentorum meorum.

Quod si ego donator aud ullus vivens homo aud sexu femineo hanc scriptura donationis a me edita temerare conaverit aud invalidam eam fieri voluerit, omnipotens Deus unacum sanctis suis eis resistet et insuper supranominata omnia similem alodem censualem a predicto monasterio conponere cogatur in duplo et sacrilega ultione feriat. Et hec scriptura semper maneat inconvulsa.

Facta carta donationis XVI^o kalendas aprilis, anno II regnante Rodberto, filio Ugone.

S+gnum Bernardus +, gratia Dei comes, qui hanc donationem feci et testibus ad roborandum tradidi. Illefredus sacer. Reimundus levita. Giscafredus levita. Seniofredus iudex.

Sendredus levita, qui ista scriptura donationis scripsi et sub die et anno prefixo.

636

21 MARÇ 998

OLIBÀ DÓNA A FREDER UNA YINYA QUE TÉ AL VALLESPÍR, A REINERS, «AD AQUAS CALIDAS».

[O]. Original perdut, potser el document que antigament era al monestir d'Arles, AM, «in sacco inscripto "Sacristia", I, v. 1». — A.* Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 237, peça 63, potser ex O.

El regest de Fossà diu: «Donatio facta per Olibam, Fredario, de quadam vinea in Valle Asperi, in adiacentia de [...], in Rio Nigro estremaris, ad Aquas Calidas; 12 kalendas aprilis anno 2 regnante Rodberto rege».

637

19 JULIOL 998

SUNIFRED SACERDOT, ORUÇA I GUIFRÉ PERMUTEN AMB ELS MONJOS DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ UNA VINYA I UNA PEÇA DE TERRA QUE TENEN EN EL TERRITORI DE TORRELLES [DE LA SALANCA], PER UNA ALTRA TERRA I UN PETIT HORT SITUATS EN EL MATEIX LLOC.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 84, perdut. — B.* Extret del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 154v, ex A. — C. Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 239, pàg. 50, peça 219, ex A.

El regest de Fossà, que completa l'extret parisenc, diu: «Echange faite par Sunifred, prêtre, et Aurucia et Guifred et les religieux de Saint Michel de Cuxa; les premiers cèdent une vigne et une pièce de terre au terroir de Torrelles (ès lieux appelés Frumigeras et Tor), pour un autre fonds et un petit jardin à Torrelles, du 14 des kalendes d'août, année 2^e du règne de Robert».

Vox legum et iuris est [ut «qualis est emptio, talis est comutatio: emptio et comutatio, nisi per vim et metum extorserit, simul habeant firmitatem»]¹. In Christi nomine. Ego Soniefredus, presbiter, [...].

Facta ista scriptura comutationis XIII^o kalendas augusti, anno II^o regnante Rodberto rege, filio Ugoni regi.

[...].

1. Cf. *Liber Iudiciorum*, V, 4, 1.

638

24 OCTUBRE 997 – 23 OCTUBRE 998

ELS MARMESSORS DE LA SENYORA BONA DONEN AL MONESTIR [DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ] UN ALOU SITUAT EN EL SUBURBI D'ELNA, A LA VALL DEL CONFLENT, EN L'ADJACÈNCIA DE LA VALL DE MOLIG, EN EL VILAR CROELLS [TERME DE CAMPOME].

[O]. Original perdut, potser el document que antigament era a Cuixà, AM, «in sacco cuius inscriptio est “Infermer”», núm. 4. — A.* Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 238, pàg. 44, potser ex O.

El regest de Fossà diu: «Donatio facta dicto monasterio per eleemosinarios dominae Bonae de alodio in suburbio Elnensi, in valle Confluente, in adiacentia de valle Molegia, in villari Crosello, anno 2 regnante Rodberto».

639

[988 - 998]

ELS ABATS GARÍ I GUIFRÉ I ELS MONJOS DE SANT MIQUEL [DE CUIXÀ] PERMUTEN AMB HONORADA I ELS SEUS FILLS PERE I TODEBERT L'ALOU QUE TENEN A LA VALL DEL CONFLENT, A LA VILLA ESTOER I A ESPIRÀ [DE CONFLENT], PER UNS BÉNS INDETERMINATS.

Aquesta notícia es troba en un document del 5 de setembre de 1003 conservat a la Seu d'Urgell, AC, núm. 164 (publicat per VILLANUEVA, *Viage*, vol. X, ap. XXIV, pàgs. 284-285, i per BARAUT, *Els documents, dels anys 981-1010*, núm. 287). Guifré fou nomenat abat rector de Cuixà, segons que sembla, en ocasió de la marxa de l'abat Garí cap a Itàlia l'any 988; l'abat Garí, que conservà la direcció superior del cenobi, morí pels volts de 998 (Vegeu ABADAL, *Eixalada-Cuixà*, pàgs. 116-117). Oferim, a partir de l'edició de Baraut, els fragments del document de 1003 que ens interessin aquí.

In Dei nomine. Ego Honorata, deodicata, et filiis meis Petrus et Tedbertus vinditores sumus tibi Wisla, vicescomitissa, et filiis tuis Ermengaudus archilevita et Arnallus vicescomes, emptores. Per hanc scriptura vindicionis nostre vindimus vobis alodem nostrum quod abemus in valle Confluente, in villa Astover vel in Aspirano (...). Et advenit nobis per comutationem Sancti Mikaelis et de Warini abbati vel de Wifredo vel de servis Sancti Mikaelis. (...)

640

11 OCTUBRE 999

GUILLEM, PER TAL D'OBTENIR EL PERDÓ DELS SEUS PECATS, ACCEPTA PELEGRINAR ALS SEPULCRES DE SANT PERE I D'ALTRES SANTS. PREGA, DONCS, ALS SEUS AMICS DACÓ SACERDOT I JUTGE, SENDRED SACERDOT, REQUESENS I BORRELL QUE, EN CAS DE SOBREVENIR-LI LA MORT, DISTRIBUEIXIN ELS SEUS BÉNS ENTRE LES ESGLÉSIES, ELS SACERDOTS, ELS POBRES I ELS CAPTIUS. DISPOSA, PERÒ, ELS LLEGATS QUE S'HAN DE DONAR A DIVERSOS MONESTIRS I ESGLÉSIES, ENTRE ELS QUALS AL CENOBI DE SANT MIQUEL [DE CUIXÀ].

Vegeu *Catalunya carolíngia. Els comtats d'Osona i Manresa*, núm. 1826, pàgs. 1296-1297.

641

[998-999]

DODA DÓNA A L'ESGLÉSIA DE SANT MARTÍ [DE CANIGÓ] UNA PEÇA DE TERRA QUE TÉ A LA COMA, EN EL TERRITORI DE TORÈN [TERME DE SAORRA].

[O]. Original perdut. — [A]. Regest de 1586 en l'Inventari de l'arxiu del monestir de Canigó fet per Jaume d'Agullana.

RE: *PUIGGARÍ, *Notices* (amb la data de 998-999), ex A.

El regest de Puiggarí diu: «Doda donne à la *domus Sancti Martini* une pièce de terre à la Coma, territoire de Thorent».

642

22 FEBRER 1000

EL COMTE BERNAT [I DE BESALÚ-VALLESPÍ I FENOLLET], EN PRESÈNCIA DEL BISBE D'ELNA BERENGUER, DELS COMTES GUIFRÉ I OLIBA, DELS VESCOMTES PERE I ARNAU I D'OLIBÀ DURAN, DÓNA AL MONESTIR

DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ, AL SEU ABAT GUIFRÉ I ALS SEUS SUCCESSORS, EL MONESTIR DE SANT PAU DE MONISAT, EN EL COMTAT DE FENOLLET, PERQUÈ HI INSTITUEIXIN MONJOS SEGONS LA REGLA DE SANT BENET I SOTA LA POTESTAT DE CUIXÀ.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia del segle xiv en el Cartoral Menor de Cuixà, perdut. — B. Còpia del segle xvii, feta per fra Guillem Costa: París, BN, Col. Baluze, vol. 107, ff. 371-371v, ex A. — C. Còpia del segle xviii: París, BN, Col. De Camps, vol. 4 (Nouvelles acquisitions françaises, vol. 7332), f. 460, ex a.

a. *Marca hispanica*, ap. CXLVII, cols. 954-955, ex A. — b. MONSALVATJE, *Monasterios del antiguo condado de Besalú*, ap. XXI, pàgs. 158-159, ex a. — c. MONSALVATJE, *Colección diplomática*, tom I, ap. CCX, pàgs. 244-245, ex a. — d.* ABADAL *Eixalada-Cuixà*, ap. 119, pàgs. 220-221, ex B. — e. JUNYENT, *Diplomatari i escrits literaris*, núm. 24, pàgs. 33-34, sense indicació de la font usada (ex B). — f. *Catalunya Romànica*, vol. XXV, pàg. 291.

RE: BRÉQUIGNY, *Table*, vol. I, pàg. 504.

Conditor Deus omnium rerum praesse voluit omnibus subiectis praelatos qui die noctuque eius vineam specularentur, et postmodum cum subditis praemium vitae aeternae consequerentur. Et quoniam disponente Deo ad hoc electa est procerum sublimitas quo subiectorum corrigatur immoderata moralitas, hac de causa ego, in Dei nomine, Bernardus, gratia Dei comes, in praesentia honestorum et nobilium hominum, sicuti sunt Berengarius, episcopus Helenensis, ac comites Guifredus atque eius frater Oliba, dono monasterium meum vocabulo Monisaten, quod est in honore Sancti Pauli apostoli in provincia Gociae, in comitatu Faunolitense, in diocesi Narbonatis ecclesiae, quae est in honore sanctorum Iusti et Pastoris, ad coenobium Sancti Michaelis Coxani et tibi Guifredo eiusdem loci abbati et suscesoribus tuis, ut eundem locum instituatis, ac mores monasticos intromittatis; quas mores venerabilis memoriae Warinus, decessor tuus, iuxta regulam dilecti domni Benedicti te edocavit, et ipse post eum recto tramite neque ad dexteram neque ad sinistram usque hodie declinare cognovimus.

Et propter hoc tibi, carissime Guifrede, ac tuis successoribus locum tenentibus eiusdem archangeli dono atque concedo ab hodierna die et deinceps supranominatum locum, ut eum regulariter manere faciat, et possideatis omnia quae ad eum pertinent in Dei servitio tam culta quam inculta, tam urbana quam rustica, tam constructa quam adhuc construenda, tam quaesita quam inquirenda, tam modo adepta quam in posterum adipiscenda. Omnia in omnibus iure proprio tibi ac tuis successoribus trado, ut omnia quae ad eum pertinent dominemini sicut suos est dominis dominia possidere sine ullo contradictore. Et ut regulam sancti Benedicti ibi inreprehensibiliter faciat tenere.

Et ut haec mea donatio firma et stabilis permaneat omni tempore. In praesentia supradictorum virorum, scilicet Berengarii episcopi et Guifredi ac Olivae comitum, necnon et Petri vicecomitis, et Olivae Durandi, et vicecomitis Arnalli, in potestate sancti archangeli trado tibi et successoribus tuis in perpetuam habendam.

Facta haec donatio anno Dominicae Incarnationis millesimo, indictione XIII, VIII kalendas martii, regnante Rotberto rege.

S. Bernardus, gratia Dei comes, qui hanc donationem scribere iussi et testibus ut firmarent rogavi. S. Guifredus comes. S. Oliba comes. S. Berengarius, gratia Dei Helenensis episcopus. S. Petrus vicecomes. S. Oliba Duran. S. Arnallus vicecomes.

Petrus ypodiasconus scripsit.

643

28 JUNY 1000

HOM FA UNA DONACIÓ [AL MONESTIR DE SANTA MARIA D'ARLES].

[O]. Original perdut. — [A]. Regest, potser de 1586, en l'Inventari de l'arxiu del monestir d'Arles fet per Agullana, pàg. 47 B. — B.* Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 237, ex A.

El regest de Fossà diu: «Donatio; 4 calendas iulii, anno 4 regnante Rodoberto rege».

644

14 AGOST 1000

L'ABAT GUIFRÉ I ELS MONJOS DEL CENOBI [DE SANT MIQUEL DE CUIXÀ] PERMUTEN AMB EL COMTE GUIFRÉ [II DE Cerdanya-Conflent] UN ALOU QUE EL MONESTIR TÉ A CORNELLÀ [DE CONFLENT] PELS ALOUS QUE EL COMTE TÉ A SEROLA I CANAVELLES.

[O]. Original perdut, potser el document que antigament era a Cuixà, AM, «in sacco cuius inscriptio est "Canavellas, Erola, etc..."», núm. 1. — A.* Regest del segle XVIII: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 24, *Recueil*, tom I, núm. 238, potser ex O.

El regest de Fossà diu: «Permutatio per Wifredum abbatem simul cum coenobio cum Wifrido comite de alodio quod habebat in Corniliano monasterium pro omnibus quae idem comes habebat in Erola et Canavellis; 19 kalendas septembris, anno 4 regnante Rodberto rege».

645

24 OCTUBRE 999 - 23 OCTUBRE 1000

BERENGUER, BISBE D'ELNA, SIGNA COM A TESTIMONI EN UNA ESCRIPTURA ENTRE MIRÓ I SENTILL, ABAT D'ARLES.

[O]. Original perdut.

RE: *Gallia christiana*, vol. VI, col. 1038. — MONSALVATJE, *El obispado de Elna*, tom I, pàg. 144.

En parlar del bisbe Berenguer d'Elna, la *Gallia christiana* inclou un regest, al qual fa referència Monsalvatje, que diu: «Idem anno quarto regnante Roberto rege testis occurrit in charta commutationis Mironem inter et Sintillum abbatem Arulensem».

646

28 OCTUBRE 1000

ELLEBERT, LA SEVA MULLER ERMETRUIT I QUIXOL VENEN AL VESCOMTE BERNAT [DE CONFLENT] I A LA SEVA ESPOSA GUILLA UNA CASA I UNA TERRA QUE TENEN EN EL COMTAT DE CONFLENT, A LA VALL D'ESTOER, PEL PREU DE CINC SOUS.

O.* La Seu d'Urgell, AC, perg. núm. 160. Al dors: «De Astover» (s. XIII-XIV).

a. BARAUT, *Els documents, dels anys 981-1010*, núm. 268, pàgs. 98-99, ex O.

In nomine Domini. Ego Eldebert et uxori mea Ermetruit et Kixilo venditores sumus vobis Bernardo, vicescomite, et uxori sue Willa, emptores. Per hanc scriptura vendicionis nostre vendimus nos vobis casa cum cortelio et cum ipsa terra et ipso superposito qui ibidem est. Et est ipsa terra in comitato Confluento, in valle Astuario. Et afrontat ista omnia: de I latus in ipsa via qui pergit ubique, et de alia et de III et de IIII vero latus afrontat in ipso alode de ipsos comparatores.

Quantum infra istas IIII^{or} afrontationes includunt sic vendimus nos vobis ista omnia superius scripta ab omni integritate, cum exio vel regressio earum, propter precium quod inter nos et vos bene convenit solidos V; et nihil quod de ipso precio apud vos emptores non remansit; et est manifestum. Quem vero ista omnia de nostro iuro in vestro tradimus dominio potestatem ad abendum et faciendum quodcumque volueritis. Quod si nos venditores aut ullus homo qui contra ista scriptura vendicione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare quod repetit set componat ista superius scripta in duplo. Et inantea ista scriptura vendicio firma et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta ista scriptura vendicio V kalendas novembris, anno V regnante Rodberto, filio Ugone.

Sig+num Eldeberto, Sig+num Ermetruit, Sig+num Kixilo, qui simul in unum ista scriptura vendicio fieri iussimus et firmare rogavimus. Sig+num Wifredo. Sig+num Miro. Sig+num Trasver.

SSS. Sonierius presbiter, qui ista scriptura vendicione rogatus scripsit et sub SSS. die et anno quod supra.

647

1 NOVEMBRE 1000

EN JUDICI TINGUT EN PRESÈNCIA DEL BISBE BERENGUER D'ELNA, DIVERSOS CLERGUES EXPOSEN QUE EL LEVITA ORIOL, CABISCOL DE LA SEU D'ELNA, DISPOSÀ, ABANS DE MORIR, QUE L'ALOU QUE TENIA EN EL PAGUS DE ROSSELLÓ, AL VIC D'ELNA, PASSÉS A L'ESGLÉSIA DE SANTA EULÀLIA D'ELNA. ERMELLA, NEBODA D'ORIOL, EL RECLAMA I EXHIBEIX EL DOCUMENT DE LA DONACIÓ FETA A FAVOR SEU PEL SEU ONCLE. EL JUTGE EXAMINA EL DOCUMENT I N'ESTABLEIX LA FALSEDAT. EN CONSEQÜÈNCIA, ERMELLA I EL SEU ESPÒS ELDRIC CEDEIXEN L'ALOU A L'ESMENTADA ESGLÉSIA.

[O]. Original perdut. — [A]. Còpia de 1140-1147 en el Cartoral d'Elna, f. 126v, perdut. — B. Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: París, BN, Col. Moreau, vol. 16, ff. 191-193, ex A. — C.* Còpia del segle XVIII, certificada per Fossà: Perpinyà, APO, fons Fossà, 12 J 25, *Recueil*, tom II, núm. 96, ex A.

a.* *Histoire générale de Languedoc*, vol. V, Tolosa, 1875, *preuves*, núm. 158, cols. 337-339, ex B.

RE: MONSALVATJE, *El obispado de Elna*, tom I, pàgs. 144-145. — LACVIVIER, *Le cartulaire*, núm. 96, pàgs. 331-332.

Sacrae legis sacris decenter imperavit oraculis, quia solus Pater omnipotens tam immense divinitatis imperiis hoc cordibus imprimuntur humanis, ut iustitiam diligerent habitatores terre, et si obediendum est Deo, diligenda est iusticia quae, si fuerit dilecta, instanter erit operandum in illa.

Idcirco, dum resideret venerabilis Berengarius, gratia Dei sedis Helenensis episcopus, in pago Rossilionense, in vicho Elna, unacum multitudine clericorum suorum katerva, scilicet presbiterorum et hordine levitarum, id est Amaliricus presbyter et claviger, Aurutius presbiter, Suniarius levita, Adalardus presbiter, Adroarius¹ presbiter, Goltredus presbiter, Volveradus archilevita, Austendus archilevita, Aribertus levita, Durandus levita, Udalgarius presbiter, Eldemarus levita, Teoferedus² caputscolis et levita, Petrus levita, Raimundus levita, Amalricus levita, Marchucius levita; laicorum vero nobilium Sonifredus, vicecomes Cerdaniense, Bernardus, Segovinus, item³ Bernardus, Gauzbertus, Durandus, Aigulfus⁴, Finardus et aliorum multorum hominum, qui ibidem aderant simul et cum iudice qui iussus est iudicare, causas dirimere et legibus definire, id est Guilielmus.

In istorum namque presentia venerunt quidam de fratribus, qui dixerunt predicto episcopo: «Iubere nos audire: frater noster Auriolus, levita, capudscole beatissime Eulalie virginis, quando egritudine est retemptus, unde migravit de hoc seculo, adhuc in suo sensu proprio loquelaque integra permanente, venerunt supradicti sacerdotes cum aliquis de levitarum ad visitandum eum, sicut nos facere consuetum est. Et coram illius audientibus tantum modo verbis promulgavit atque constituit alodem suum, quod ille habebat in pago Ressonlionense, in vicho Elna, id est solario cum curte et clauso, et cum ipsa fexa I de terra, qui ibidem est, ut si de hac egritudine mori contigerit, quomodo fecit, fuisset ipsum alodem de prelibata ecclesia. Et exinde nobis recedentibus iam demens effectus erat. Venerunt alii homines, qui malicioso animo habebant, fecerunt de hoc, quod predictum est, voluntatem suam immutare et scriptura donationis facere in nomine nepta sua, nomine Ermelde, et viro suo Eldericho. Et non licebit eam facere nec roborare nec aliquid a vicibus suis instituere, qui eam legitime signis aut suscriptionibus confirmare, sicut in lege preceptum est, donec spiritum exalaret».

Et ab hac causa iamdictus episcopus misit assertorem suum, iamdicto Austendo archilevita, ut⁵ predicto Eldhericho et uxori suae Ermelde fecisset perquirere, et in sua presentia exhibere et legaliter prosequeri, sicuti et feci[t] a petitione illius vel ab interrogatione de supradicto iudice. Isti homines in suis responsis dixerunt: «De hac causa, unde nos petistis, scriptura donationis habemus, quod condamnatio Auriolus ad me iamdicte Ermelde in sua vita fecit et ordinavit et in mea potestate tradidit». Et iussit eam predictus iudex, ut eandem scripturam in suam presentiam exhibere, sicuti et fecerunt. Et predictus iudex audivit eam legentem et relegentem, et invenit eam mendacem atque falsissimam, et contra lege fuerat facta et ad vice morientis, nec signis nec suscriptionibus fuerat roborata nec legaliter confecta, sed signis et suscriptionibus adulterinis fuerat manifesta. Et pro hac causa interrogavit predictus iudex iamdicto Elderico, si se audebat presumere ad Dei iudicium, ut in eadem fraudem conscius non extitisset, aut eadem cartula, que in placito offertur, mendacem nescisse; et ille dixit: «Possum». Et predictus iudex dedit ei placitum constitutum ut se purificaret, ut ad Dei iudicium possit pervenire.

Et ex illis inde recedentibus miserunt asertores suos a predicto episcopo, id est Austendus, Gauzbertus et Aigulfus, ut se veritate legisque in eis feriendi erant parceret, et predictum alodem pro qua altercatio erat, acciperet. Et ille, intercedentibus istis vel aliis bonisque hominibus, adquie-

vit. Et ego iamdictus Eldericus et ego Ermelde iam sumus professi de hac causa que superius dictum est, et cedimus atque tradimus iamdictum alodem a prelibata ecclesia vel in manu Berengario episcopo, ut in eorum iure inrevocabili modo perpetualiter firmetur. Et notum sit omnibus hominibus et in cunctis personis ibi convenientibus in harum noticia valitura consistat.

Data et confirmata notitia sub die kalendarum novembrium, anno V quod Rodbertus, Franchorum rex, regnandi sumpsit exordium.

Ostendus archilevita. Teutfredus levita, qui et coripanta. Wolveradus archilevita. Raimundus levita. Marcutius levita. Amalrichus levita. Udalgarus presbiter. Amaliricus⁶ presbiter et claviger. Seniullus presbiter. Aribertus presbiter. Sig+num Bernardus. Sig+num Gauzbertus. Sig+num Bernardus. Sig+num Durandus. Sig+num Aigulfus⁷. Sig+num alio Bernardo. Sig+num Segoinus. Aurucius⁸ presbiter. Ego Wilielmus, iudex, huius edictionis tactu necessitate oculorum signoque impressionis corroborans. Soniarius levita.

Sig+num Wilielmus levita, qui hanc notitiam scripsit et die et anno quo supra.

1. Adroardus a. — 2. Tesfredus a. — 3. id est Ca. — 4. Rigulfus a. — 5. et a. — 6. Amalricius a. — 7. Vigulfus a. — 8. Airicius Ca.

648

[1000]

EL PREVERE ANTONI DÓNA UNA VINYA A L'ESGLÉSIA DE SANT MARTÍ [DE CANIGÓ], ALHORA QUE Crespà I LA SEVA ESPOSA DODA LI'N DONEN UNA ALTRA.

[O]. Original perdut. — [A]. Regest de 1586 en l'Inventari de l'arxiu del monestir de Canigó fet per Jaume d'Agullana.

RE: *PUIGGARÍ, *Notices* (amb data de 1000), ex A.

El regest de Puiggarí diu: «Antoine, prêtre, donne une vigne à la *domus Sancti Martini*; Crespà et Doda, son épouse, une autre».

649

[993-1003]

BERENGUER, BISBE D'ELNA, SUBSCRIU L'ACTA DE FUNDACIÓ DEL MONESTIR DE SANT PERE DE BESALÚ, ATORGADA PER MIRÓ, BISBE DE GIRONA I COMTE DE BESALÚ, EL 24 DE NOVEMBRE DE 977.

Vegeu *Catalunya carolíngia. Els comtats de Girona, Besalú, Empúries i Peralada*, núm. 441, pàgs. 393-396. Els anys 993-1003 corresponen als del pontificat de Berenguer d'Elna.

APÈNDIX

DOCUMENTS FALSOS

Com en els volums anteriors, apleguem aquí els documents que són producte d'una falsificació. Els criteris de falsedat d'aquests documents els hem exposat en un apartat de la «Introducció» titulat «Les falsificacions».

I

27 JUNY 788

DANIEL, ARQUEBISBE DE NARBONA, EN CONCILI REUNIT DINS LA BASÍLICA DE SANT JUST I SANT PASTOR DE NARBONA PER TRACTAR SOBRE L'HERETGIA DEL BISBE FELIU D'URGELL I SOBRE ALTRES AFERS ECLESIASTICS, ACREDITA AMB DIVERSOS TESTIMONIS LA PERTINENÇA DEL PAGUS DE RASÈS A LA DIÒCESI NARBONESA, EN CONTRA DE LA PRETENSIO DEL BISBE VINEDER D'ELNA SOBRE L'ESMENTAT TERRITORI, I RECLAMA EL LÍMIT AMB LA DIÒCESI DE BESIERS EN EL RIU ORB. TAMBÉ RECLAMA LA SUBJECCIÓ DE LA DIÒCESI D'OSONA, EN LA QUAL NO HI HA BISBE PER LA INFESTACIÓ DELS PAGANS. ELS ARQUEBISBES DANIEL DE NARBONA I ELIFANT D'ARLES I ELS BISBES REUNITS A NARBONA, ENTRE ELS QUALS VINEDER D'ELNA, HO APROVEN I SUBSCRIUEN EL DECRET CONCILIAR.

[O]. Pseudooriginal perdut. — [A]. Còpia en un cartoral existent el segle XVII a l'Arxiu Arquebisbal de Narbona. — B. Còpia del segle XVIII: París, BN, Col. Baluze, vol. 374, pàgs. 93-95, ex A.

a. CATEL, *Mémoires*, pàg. 743, ex A. — b. MARCA, *Dissertationum*, pàgs. 356-357, ex B. — c. LABBÉ, *Sacrosancta concilia*, vol. VII, pàg. 694. — d. HARDOUIN, *Collectio maxima*, vol. IV, col. 823. — e. *Histoire générale de Languedoc*, vol. I, París, 1730, *preuves*, núm. VI, cols. 26-28, ex a. — f. COLETI, *Sacrosancta concilia*, vol. IX, col. 1. — g. *Gallia christiana*, vol. VI, *instrumenta ecclesiae Narbonensis*, núm. II, cols. 2-3, ex e. — h. MANSI, *Sacrorum conciliorum*, vol. XIII, col. 821, ex b. — i. *Histoire générale de Languedoc*, vol. II, Tolosa, 1875, *preuves*, núm. 9-VI, ex e. — j.* WERMINGHOFF, *Concilia*, ap. 6, pàgs. 828-831, ex ai.

Anno Incarnationis dominicae DCCLXXXVIII, indictione XII, gloriosissimo quoque domno imperatore Karolo regnante anno XXIII, V kalendas iulii. Dum pro multis et variis ecclesiasticis negotiis, praesertim pro Felicis, Urgellitanae sedis episcopi, pestifero dogmate, monente per suae auctoritatis litteras domno apostolico Adriano ac domno imperatore per missum suum nomine Desiderium, convenissemus urbem Narbonam intra basilicam Sancti Iusti et Pastoris, ego scilicet Danihel,

licet indignus atque peccator, gratia tamen Dei sanctae metropolitanae praemissae urbis episcopus, necnon et Elifantus, Arelatensis episcopus, cum plurimorum collegio venerabilium episcoporum unacum auctoritate domni apostolici missoque praedicto domni imperatoris Karoli, inter caetera, quae veraci sermone finem acceperunt, orta est querela coram nobis omnibus de parrochia Narbonensi, unde, praecipiente domno imperatore, subtili examinatione et speciali ob prolixas altercationes examinari iussum erat. De qua Danihel episcopus per testes idoneos, iustum scilicet Agathensem et Witeringum Nemausensem episcopum atque Amicum Magalonensem comitem, ceterosque quamplures discutiendo elucidans totum Redensem pagum super Winedurium, Helenensem episcopum, iustissime evindicavit; et marginem parrochiae Narbonensis, quae ex alia parte usque ad fluvium qui vocatur Orbus, quamdiu vocabulum suum idem comitatus retinet, superius et inferius perducit, plenissime ratione Vulfegarii, episcopi Biterrensis, cum praedictis testibus superata.

Praeterea idem Danihel, archiepiscopus, de Ausonensi parrochia rationem adhibens ostendit, quod nullo modo episcopus ponere illic potuisset ob paganorum infestationem; et quemadmodum auxiliante Deo per antecessoris sui industriam quondam ibidem haeresis extincta fuerit; et quia eiusdem pagi plebs, sicut quidam ipsorum in praesentia retulerunt, nulli parrochiae adhaerere vellet nisi Narbonensi ob principalitatem tantae sedis praecipuae. Cuius archiepiscopi rationem salubrem esse comprobantes pro praedictis commoditatibus et, ne confinio Hispaniae occasionem tristitiae ingereremus, unanimiter iusto perpendimus examine, ut nulli sedi deinceps sociata habeatur nisi Narbonensi, servata verumtamen auctoritate, si per se episcopum habere nequiverit.

Rogamus igitur cunctos subsequentes nos et hoc nostrae auctoritatis decreto confirmamus, sancimus, stabilimus, tam de Redensi pago quam etiam de Ausonensi, sive confinio Narbonensi et Biterrensi, quod est Orbus, ut, sicut coram nobis discussum et comprobatum est, ita inconvulsum et incontaminatum, nullius contradictione valente, in perpetuum permaneat. Si quis vero nostram communem contemnens diffinitionem per aliquam insidiam aut subreptionem hoc nostrae firmitatis decretum infregerit aut aliqua machinatione violaverit, si ordine ecclesiastico est adunatus, canonica sententia inrecuperabiliter feriat sicut temerator tanti concilii ac decreti. Quod si laica potestas in hoc se per atrocitatis violentiam miscuerit, nisi a temeraria praesumptione se citissime subtraxerit satisfaciendo quod deliquit, digna ultione totius anathematis sit undique et ubique mulata, Domini nostri Iesu Christi et nostra auctoritate vigente.

Ut autem hoc nostrae firmitatis decretum certiore roborationis obtineat vigorem, manus nostrae subscriptione illud roborare studuimus.

In Christi nomine Danihel, Dei miseratione sedis Narbonensis metropolitanae ecclesiae episcopus, huius decreti institutionem subscripsi. Ego Elefantus, primae sedis Arelatensis episcopus, confirmavi. Ego Desideratus, Diensis episcopus, subscripsi. Ego Salicus, Arausiensis episcopus, subscripsi. In Dei nomine ego Arricho, Tolosanae sedis episcopus, confirmavi. In Dei nomine Donadeus, Wappincensis episcopus. In Dei nomine ego Francolinus, Conseranensis episcopus, subscripsi. Ego Lupus, Cavalionensis episcopus, subscripsi. Ego Arimundus, Uctinensis episcopus, subscripsi. Ego Hiscipio, Carcassensis episcopus, subscripsi. In Christi nomine Magincus, Adtensis episcopus, subscripsi. Witeringus, Nemausensis episcopus, confirmavi. Felix, episcopus Urgellitanae sedis, subscripsi. Ego Bonitus, Valentinae sedis episcopus, subscripsi. Ego Iustus, Agathensis episcopus, subscripsi. Ego Adaulfus, Ierundensis episcopus, subscripsi. In Christi nomine Wenedurius, Helenensis episcopus, subscripsi. Ego Servusdei, Barcinonensis episcopus, subscripsi. Ego Autbertus, Antipolitanae sedis episcopus, subscripsi. Ego Iohannes, Cimelanensis episcopus, subscripsi. Ego [...], Foroiulensis episcopus, subscripsi. Ego Iohannes, Magalonensis episcopus, subscripsi. Ego Asinarius, Vicuiulensis

episcopus. Abraham, Commenensae sedis episcopus, subscripsi. Ego Amatus, Carpentoratensis episcopus, subscripsi. Ego Raganbaldus diaconus, Dunensis vocatus episcopus, subscripsi. Ego Ansebrandus diaconus, ad vicem Landeberti, Eglinensium episcopi, subscripsi. Ego Riccimirus, indignus presbyter, ad vicem Vulfegarii, sedis Biterrensis episcopi, subscripsi.

Ego Arricho, cancellarius acsi indignus presbyter, hoc decretum scripsi die et anno quo supra.

II

ROMA, [FINALS DE 800]

CARLES, REI I EMPERADOR, EN PRECEPTE ADREÇAT A L'ARQUEBISBE DE NARBONA I ALS BISBES D'ELNA I D'URGELL, ELS FA SABER QUE L'ARDIACA PROTASI HA ACUDIT A LA SEVA PRESÈNCIA I LI HA NOTIFICAT LA DESTRUCCIÓ DEL MONESTIR DE SANT ANDREU D'EIXALADA I DE LES SEVES ESCRIPTURES, ENTRE LES QUALS UN PRECEPTE DEL REI PIPÍ; QUE HA CONCEDIT PERMÍS A L'ESMENTAT PROTASI PER A RECONSTRUIR EL MONESTIR A LA VALL DE CONFLENT, EN EL LLOC DIT CUIXÀ, EN HONOR DE SANT GERMÀ D'AUXERRE, AMB LES POSSESSIONS QUE S'ENUMEREN AQUÍ; I QUE, HAVENT-LO ACOMPANYAT A ROMA, EL PAPA ADRIÀ L'HA CONSAGRAT PREVERE I ABAT. ELS DEMANA, DONCS, QUE NO PERMETIN QUE NINGÚ GOSI INVADIR LES POSSESSIONS DEL NOU MONESTIR.

[O]. Pseudooriginal perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 1, perdut. — [B]. Còpia del segle XIV en el Cartoral Menor de Cuixà, perdut. — [C]. Còpia del segle XV en l'anomenada Recopilació de Vicenç Pisà, monjo de Cuixà, perduda. — D. Còpia de principis del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 238, ff. 344-345, i Espagnols 117-120, *Crònica universal del Principat de Catalunya*, de J. Puja-des, ex A. — E. Còpia del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, ff. 84-85v, ex A. — F. Còpia del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, ff. 210v-212, ex A. — G. Còpia del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, ff. 255 i 254, ex A. — H. Còpia del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 107, ff. 373-374, ex B. — I. Còpia del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 107, ff. 379-380, ex C. — J. Còpia de 1670, autoritzada per Jacint Vilar, notari de Prada, perduda. — K. Còpia de 1740, autoritzada per Joan Felip i Balanda, notari de Prada, vista per Font a l'arxiu municipal de Codalet, ex J.

a.* PUJADES, *Crònica universal*, vol. V, pàgs. 151-154, ex D. — b.* FONT, *Histoire... de Cuxa*, «pièces justificatives», núm. 4, pàgs. 366-369, ex K. — c.* MÜHLBACHER, *Die Urkunden der Karolinger*, núm. 306, pàgs. 460-463, ex H. — d. ABADAL, *Eixalada-Cuixà*, pàgs. 50-52, ex a.

In nomine sanctę et individue Trinitatis. Carolus, gratia Dei rex et imperator, Narbonensi archiepiscopo necne¹ episcopis Elenensi² et Urgellitano, simul et comitibus seu vicariis atque iudicibus nostris salutem perpetuam ad obtemperandum³ praeceptum.

Notum sit omnibus vobis, quod quidam archidiaconus cognomento Protasius ex parrochiis⁴ vestris ad nos venit cum aliquibus monachis, denuntians nobis causam nimis lamentabilem, cuiusdam scilicet destructionem cenobii per periclitationem⁵ atque inundationem diluvii, quod erat situm in adiacentia Ceredanie⁶ vel in valle⁷ Confluentis, iuxta fluvium Tete, in honore sancti apostoli Andree, in loco qui antiquitus vocitatur⁸ Exalata, quod et piissimus pater noster⁹ Pipinus¹⁰ roboraverat per suum preceptum regale.

Igitur ut hec nostrae serenitatis auribus intimaverunt dicta, inquisivimus inter cetera, si prefatum preceptum haberent vel chartę prediorum monasterii a viris¹¹ fidelibus alicubi, ne perirent, remanserant¹². Comperimus autem a prefato archidiacono veritatem, quia plures cum precepto in illa

ruina perierant¹³ chartę plurimasque eo fatente audivimus remanere. Ut vero imperiali decet excellentiae cunctos videlicet regere cunctisque compati ac maxime famulis Christi, illorum condoluimus męstitudini¹⁴ deflentes pręlibati¹⁵ loci desolationem. Scientes autem, quod sine imperiali dono ac permissu nequaquam posset¹⁶ reędificari¹⁷ monasterium pręscriptum¹⁸ in pristino gradu¹⁹, interrogavimus Protasium²⁰ unacum²¹ monachis ac famulis suis, si congruum nossent locum ad construendam Domino domum atque proficuum habitationem monitis Christi obsequentium²². Intimarunt denique uno simul ore se aptum scire prediolum in valle Confluenti, quod dicitur Coxanum, ubi Deo²³ favente, si nostra permetteret clementia, valerent²⁴ construere templum Domino dignum seu pręclara²⁵ habitacula monachorum. Nos autem Deo gratias agentes pro audito ac²⁶ invento ad hoc opus congruentissimo loco pręcepimus eidem Protasio, ut ibidem²⁷ novum fabricaret in honore almi Germani, Antisiodorensis²⁸ episcopi, cenobium.

Ingenti autem ille repletus gaudio pro accepta a nobis licentia²⁹ ultroneus spopondit ante pręsentiam nostram se Christo militaturum sub norma³⁰ ac regula monachorum et sua predia³¹ vel alodes³², quę in confinio Cuxani³³ vel alibi³⁴ habebat, promisit Domino universorum ac beato Germano per scripturam donationis se daturum. Enimvero cupiens reverti ad propria retentus est a nostra imperiali potentia et profectus una nobiscum Romam³⁵ ad limina beatorum apostolorum Petri et Pauli consecratus³⁶ est nostro regali³⁷ iussu a reverentissimo papa Adriano³⁸ presbiter ac abba. Nempe et³⁹ post ordinationem dimisimus⁴⁰ eum monentes, ut in ędificando in honore beati Germani cęnobio pręcepto obtemperaret nostro.

Proinde pręcipimus vobis omnibus⁴¹ tam episcopis quam abbatibus, comitibus vel vicariis, iudicibus atque centenariis, actionariis et missis nostris, qui in illarum partium marchię nostrę consistitis, ut adiutorium in quantum vobis facultas⁴² suppetit pręscripto famulo Christi ad constituendum⁴³ pręlibatum monasterium faciatis. Interim comperiat omnium vestrorum⁴⁴ sollertia⁴⁵, quod⁴⁶ chartam donationis ex nostro fisco, quod secus Coxianum⁴⁷ locum habere dinoscimur⁴⁸, per hanc scripturam Deo et beato Germano faciatis⁴⁹, scilicet in silvis et garricis, aquis aquarumque ductibus, simul et pascuis cum illum ab integre absque ulla reservatione fluviolum⁵⁰, qui vocatur Litteranus⁵¹ et discurrit a vertice Categonis montis usque in flumen Tete, cum omnia simul⁵² fiscalia ab eodem flumine⁵³ usque in eiusdem montis cacumine ad nostrum imperium pertinentia.

Commonemus⁵⁴ insuper atque compescimus⁵⁵ pro nostro iure regali⁵⁶, ut nulli liceat episcopo, abbati vel comiti seu vicario sive iudici ullęque omnino personę hunc nostrum donum evacuari ac irritum facere, sed pręfatus abbas suique in perpetuum⁵⁷ successores cum monachis futuris potestatem habeant tenere necne⁵⁸ sine ulla inquietudine ad usus necessarios possidere. Et exinde quicquid voluerint facere, quatenus pro⁵⁹ sanctę Dei ecclesię augmento⁶⁰ et nostro totius imperio nostrorumque⁶¹ prosperitate ac salute cum quiete et securitate Domini misericordiam⁶² semper queant⁶³ exorare.

Predia autem vel alodes, quos praescriptus Dei cultor Protasius Domino et beato Germano donat, id est Fangiano⁶⁴, Pomarios⁶⁵, Urgeres⁶⁶, Iovale, Furnulos⁶⁷ et in Cuxano⁶⁸ vel in eius adiacentias, sicut in scripturis eius resonat⁶⁹, cum alios alodes, quos abbas vel monachi adquisierunt⁷⁰ a religiosis vel honestis hominibus per scripturam donationis seu et per suam apprehensionem et per comparisonem vel quolibet modo in Dei servitio et beati Andree possiderant ac per pręceptum divę memorię progenitoris nostri⁷¹ roborata⁷² habebant⁷³. Nos modo rerum omnium creatori et beato Germano, pręclarissimo eius confessori, per hanc nostram imperialem scripturam firmamus atque immunes ab omnium hominum iugo esse decernimus. Sunt autem pręfati alodes in locis subterpositis⁷⁴, id est⁷⁵ in Tresvalles, in Oncenias⁷⁶, in Canabellas⁷⁷, cum finibus suis, terris et vineis, in Lari,

in iamdicto Coxiano⁷⁸, in Cotaletto, in Saltone, in Marasianas⁷⁹, in Agnerre⁸⁰, in Tauriniano⁸¹ et in monte Aliberga⁸².

Cuncta autem hæc vel omnia in hac charta⁸³ superius inserta et a viris fidelibus omnium factori Deo et beato Andreæ apostolo donata, et per præceptum quamvis perditum⁸⁴ roborata et alia quam plura⁸⁵ fisco nostro pertinentia nos nostra sponte eidem Domino plasmatori cunctorum atque sanctissimo Christi confessori Germano simul in unum donamus, conferimus⁸⁶ et sine ulla reservatione⁸⁷ per hanc scripturam donationis in potestate Protasii et monachorum conspectui nostro astantium⁸⁸ tradimus, ut mansuro usque in finem sæculo maneat⁸⁹ stabile et firmum absque disruptione omnium hominum, quod nostro dono regali possiderint⁹⁰ in servitio Domini et Germani beati⁹¹ monachi viventes secundum statuta⁹² almi Benedicti. Episcopis autem, ad quorum diocesim pertinere noscitur locus prælibatus, et comitibus ac iudicibus illarum partium vicinis aliisque fidelibus præcipimus nostris, ut, si insurgere viderint impios viros, qui cupiant pro chartas⁹³ olim perditas⁹⁴ diripere possessiones monasterii, non permittant⁹⁵ eis⁹⁶ invadere, sed perquisita atque inventa rei veritate iuxta assersionem honestorum⁹⁷ virorum prohibeant prævalere voluntatem pravorum.

Celsitudinis enim nostræ præceptum, ut in honore beati Germani fundaretur in Coxiano cenobium, unacum omnia in hac chartula inserta scriptum est iussu nostro Romæ, postquam Deo tribuente imperii culmen suscepit⁹⁸ et Francigenum regnum regere cepit.

Signum Caroli gloriosissimi regis.

Data⁹⁹ quo supra indictione tertia annoque præfixo¹⁰⁰.

Guistrimundus¹⁰¹, indignus presbiter, advicem notarii requisitus hæc¹⁰² exaravi¹⁰³ scedula¹⁰⁴.

1. necnon a. — 2. Helnensi a, Elnensis b. — 3. operandum a. — 4. paroquianis a. — 5. per periclitationem] et perditionem a. — 6. Cerdaniae a. — 7. convalle bc. — 8. vocabatur a. — 9. meus bc. — 10. Pepinus b. — 11. iuris a. — 12. remanserunt a. — 13. perierunt a. — 14. necessitudini a. — 15. praelibatam a. — 16. possint a. — 17. reaedicare a. — 18. praedictum a. — 19. statu a. — 20. praefatum a. — 21. cum a. — 22. obsequentibus a. — 23. Domino a. — 24. possent a. — 25. seu præclara] et caetera a. — 26. seu a. — 27. ibi a. — 28. Antisidorensis a. — 29. laetitia a. — 30. nomine a. — 31. praediola a. — 32. alodium a. — 33. Coxani a. — 34. ubi et ubi bc. — 35. Romæ bc. — 36. consecutus a. — 37. imperiali a. — 38. esse, *afegeix* a. — 39. *Omet* a. — 40. dimissus a. — 41. *Omet* a. — 42. facultatem a. — 43. conficiendum a. — 44. omnium vestrorum] vestrorum omnium a. — 45. solatia a. — 46. quia a. — 47. Coxanum a. — 48. dignoscimus a. — 49. facimus a. — 50. fluviorum a. — 51. Litronum a. — 52. singula a. — 53. ab eodem flumine, *omet* a. — 54. Monemus a. — 55. praecipimus a. — 56. *Omet* a. — 57. in perpetuum, *omet* a. — 58. necnon a. — 59. [statu], *afegeix* c. — 60. *Ometen* ac. — 61. totius imperio nostrorumque] totiusque nostrorum a. — 62. *Omet* a. — 63. possint a. — 64. Fongeano a. — 65. Pomariol a. — 66. Vergeres a. — 67. Furnolos a. — 68. Coxano a. — 69. eius resonat, *omet* a. — 70. adquisierint a. — 71. mei a. — 72. roboratos a. — 73. habeant a. — 74. subscriptis a. — 75. id est, *omet* a. — 76. in Oncenias, *omet* a. — 77. Chanavellas a. — 78. Coxano a. — 79. Maratianas a. — 80. Eugene a. — 81. Tauriniaco a. — 82. Alberga a. — 83. hac charta] hanc chartam a. — 84. quamvis perditum] quavis praedictum a. — 85. plurima a. — 86. *Omet* a. — 87. retentione a. — 88. adstantium a. — 89. manere et a. — 90. possideant a. — 91. dicti bc. — 92. scita bc. — 93. pro chartas] procitas a. — 94. praedictas a. — 95. permittatis a. — 96. *Omet* a. — 97. honestium a. — 98. *Omet* a. — 99. Datum a. — 100. annoque præfixo] anno quo supra a. — 101. Cuiasmundus a. — 102. requisitus hæc, *omet* a. — 103. examinavi a. — 104. schedulam a.

III

[CUIXÀ, 801-814]

PROTASI, ARDIACA D'URGELL I D'ELNA, ASSOCIAT AMB L'ABAT I ELS MONJOS DE SANT ANDREU D'EIXALADA, HAVENT-SE PRODUÏT, AL CAP D'UNS QUANTS ANYS, LA DESTRUCCIÓ D'AQUEST CENOBI A CAUSA D'UNA INUNDACIÓ, ACUDÍ A LA CIUTAT DE COMPIÈGNE PER TAL DE SOL·LICITAR L'AJUT DE L'EMPERADOR CARLES, FILL DE PIPÍ, EL QUAL LI CONCEDÍ QUE RECONSTRUÍS EL MONESTIR A CUIXÀ, EN EL COMTAT DE

CONFLENT, AMB LA CONDICIÓN QUE FOS DEDICAT A SANT GERMÀ D'AUXERRE. ALHORA, HAVENT MANIFESTAT PROTASI EL SEU DESIG DE VIURE SOTA LA REGLA DE SANT BENET, L'EMPERADOR LI MANÀ QUE L'A-COMPANYÉS A ROMA, ON EL PAPA ADRIÀ L'ORDENÀ DE PREVERE I LI CONFERÍ LA BENEDICCIÓ ABACIAL. PER ÚLTIM, L'EMPERADOR CONFIRMÀ EL PRIVILEGI CONCEDIT PEL SEU PARE PIPÍ AL MONESTIR.

[O]. Pseudooriginal perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, ff. 1-2, perdut. — B. Còpia de principis del segle XVII: París, BN, Espagnols 117-120, *Crònica universal del Principat de Catalunya*, de J. Pujades, ex A. — C.* Còpia del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, ff. 85v-87v, ex A. — D. Còpia del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 212, ex A. — E. Còpia del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 254v, ex A. — F. Còpia, probablement de 1740, a l'arxiu municipal de Codalet, potser ex A.

a.* PUJADES, *Crònica universal*, vol. V, pàgs. 154-156, ex B. — b.* FONT, *Histoire... de Cuxa*, «pièces justificatives», núm. 3, pàgs. 363-366, sense indicació de font (ex F). — c. ABADAL, *Eixalada-Cuixà*, pàgs. 48-50, ex a.

In nomine Domini. Ego Protasius, Oriheletane¹ sedis et Elenensis² archidiaconus, propter amorem Dei et remedium anime mee accepi societatem et locum cum quodam abbate nomine Tassio³ necnon et fratribus Deo servientibus in cenobio Sancti Andree apostoli, qui⁴ antiquitus est vocitatus Exalada⁵, et dedi eidem apostolo et famulantibus Christo et sibi in⁶ prefato cenobio aliquantulum ex substantia mea. Post annorum namque curricula, Deo permittente, sine cuius nutu nec folium arboris nec unus passerum cadit⁷ in terra, prelibatus locus est destructus ob inundationem nimiam aquarum, ubi tunc periit⁸ abbas cum aliquibus fratribus. Cumque dictam destructionem, quod a dicentibus audivi, oculis conspexissem nimium loci, ipsius anime condolui⁹ et intra me ipsum die noctuque plorans et gemens et nullatenus consolari valens, tandem aptum reperi consilium preces Domino fundendo.

Tunc cepi cogitare qualiter possum¹⁰ ire ad imperatorem Karolum¹¹, filium Pipini¹², ut cum eius consensu ac dono potuissem prefatum rehedicari¹³ cenobium in aliquo loco. Hec itaque tractans mente, quesivi consilium et licenciam senioribus meis episcopis sedibus prescriptis ut ante presenciam pergerem gloriosissimi Karoli¹⁴ imperatoris. Acceptaque licencia eorum et comendaticium¹⁵, VI^o¹⁶ kalendas ianuarii, simul cum fratribus qui ex eodem fuerunt cenobio itinere cepto, venimus ad Narbonam civitatem. Ibidem reperto metropolitano cum eius consilio atque¹⁷ epistola perreximus¹⁸ viam euntes usque in Franciam. Nomina vero monachorum mecum euncium¹⁹ hec sunt: Abila²⁰, Daniel, Samuel²¹, Salomon, Igiga²² et Upila²³ laicus.

Venientes autem in Compinia civitate²⁴, reperimus ibi prescriptum imperatorem residentem in suo palacio. Denunciamus autem eiusdem²⁵ sedis episcopo tristitiam et merorem quam paciebamur, qui et²⁶ valde condolens introduxit nos ante presenciam regis. Tunc prosternimus²⁷ nos ante ipsius pedes et fuis lacrimis prediximus loci nostri desolationem, precantes etiam²⁸ restaurationem. Ille vero hec audiens, contristatus mente et ex intimo²⁹ trahens suspiria a pectore, interrogavit nos si essent perditae carte³⁰ de alodibus quos habebat idem locus aut si essent firmum³¹ per preceptum regale. Nos autem rei veritatem locuti, diximus quia plures perierunt cartule unacum precepto regale a suo proienitore facto. Iterum interrogavit nos, dicens: «Quia Deo permittente ille locus a proienitore meo roboratus nunc, sicut dicitis³², est desolatus, scire volo si est in proximo ubi idem cenobium possit iterum construi congruus locus». Ego autem Protasius ita³³ respondi ei: «Si vestra id, domine³⁴, velit potencia et permittit larga³⁵ clemencia, ut rehedicetur iterum locus prescriptus, scimus aptum esse locum in valle Confluenti ubi, Deo annuente et gloriosissimo regi prelibato donante et

confirmante per suum preceptum regale, habebat predictum cenobium Sancti Andree³⁶ ecclesiam parvulam in honore eiusdem apostoli constructam, simul cum terris et vineis, silvis et garricis, vieductibus et reductibus, simul cum ipsa aqua que descendit de³⁷ Categone monte usque in fluvio Tete, sine ulla inquietudine; et in villare Fangiano³⁸ vel in eius fines³⁹ quicquid fiscus videbatur esse, omnia per preceptum et donativum regale, sicut dixi, possidebant abbas et monachi habitantes in eodem monasterio. Hisdem⁴⁰ enim cum perfectus est locus ad construendum cenobium si Domino largiente et vestra benignitas tribuerit assensum. Locus autem de quo dicimus Coxanus vocatur⁴¹, in quo videlicet loco ego habeo alodem a proenitoribus meis mihi traditum iure hereditario vel adquisitum⁴², quem dabo si Domino tribuente reversus fuero incolomis ad propria et videro construi ibi Christo famulantibus habitacula». Respondens autem imperator, sic ait: «Ego licenciam nullatenus prebeo, nisi iureiurando promisseritis illud vos construi monasterium in honore sancti Germani, Christi confessoris et pontificis Autisiodorensis⁴³. Quod si hoc feceritis, licenciam dabo et vos dono⁴⁴, locupletabo et insuper tribuam reliquias de eius corpore sancto». Nos vero ista audientes, ingenti gaudio repleti, statim assensimus et, ut rex preceperat⁴⁵, manibus propriis iuravimus.

Tunc demum⁴⁶ precepit clericis ac famulis suis vel nobiscum pergerent Autisiodoro⁴⁷ ac dicerent episcopo eiusdem loci ut daret⁴⁸ nobis manum sancti Germani⁴⁹ et dentem unam similiter Amatoris beati. Qui statim pergentes et moram in itinere minime agentes, tandem pervenimus Deo favente ad optatum locum. Ingressique ante episcopum, nuncii⁵⁰ dederunt ei signa⁵¹ imperatoris dicentes quas iusserat dare nobis⁵² reliquias. Ille autem, ut audivit, complens iussa, dedit nobis mirifica dona prefata. Qui reversi ad imperatorem cum gaudio gratias illi egimus pro accepta licencia construendi cenobium in Coxani loco et pro tam gloriosissima munera nobis collata.

Ego igitur⁵³ iamdictus Protasius manifestavi voluntatem meam gloriosissimo imperatori qui volebam Deo militari sub regula monastica patris Benedicti et propterea viam tanti itineris ut me eius obtutibus⁵⁴ presentem⁵⁵, cepi obedi fictionem⁵⁶ loci prescripti. Ille vero⁵⁷ hoc a me audiens aliisque⁵⁸ dicentibus vera esse cognoscens, retinuit nos secum. Et pergens Romam precepit ut cum eo usque ad beatum Petrum, principem apostolorum, pergeremus. Qui Rome pervenientes fecit me ordinari presbiter ad apostolicum virum; et imposuit etiam grave onus, scilicet ut susciperem⁵⁹ curam animarum simul et corporum in prescripto loco habitantium atque conveniencium. Et dedit mihi prefatus papa Adrianus benedictionem abbatis, semper amonendo ut imitarem exempla Benedicti patris, et adiecit: «Illum vero⁶⁰ reminiscere preceptum quod Dominus ait in evangelio: “Nemo mittens manum suam⁶¹ in aratro⁶² et respiciens retro, aptus est regno Dei”⁶³».

Omnia quique⁶⁴ peracta precepit gloriosissimus rex cartam fieri beato Germano ex fisco suo quod habebat iuxta⁶⁵ nominatum locum, scilicet Coxanum, de silvis et garricis⁶⁶, vieductibus et reductibus, aquis⁶⁷ aquarum, pascuis et cuncta sibi pertinencia. Insuper firmavit fiscalia que pater eius, gloriosissimus Pipinus⁶⁸, antea donaverat, sicut in ipsa que iam dixi cartula invenitur. Dimitens itaque nos, data pecunia victui necessaria atque alia ingencia dona, precepit ut quod iuraveramus ad perfectum adduceremus. Regressi⁶⁹ autem incolumes ad propia, mense octobris, pridie idus eiusdem mensis, cum Dei adiutorio ac religiosorum virorum, edificavimus⁷⁰ ecclesiam in honore sanctissimi confessoris Germani, in qua constructo altare collocavimus intus prescriptum thesaurum.

Hoc namque scriptum nos reversi fieri mandavimus ob⁷¹ memoriam futurorum post nos venientium, qualiter iste constructus fuerit locus. Et fuit exaratum imperii Karoli⁷², gloriosissimi regis⁷³ Francorum.

Protasius presbiter, advocatus abba, SSS., qui ista scriptura fieri iussit et roborari pusillis et maioribus quorum nomina subter inserta sunt⁷⁴. Daniel monachus SSS. Salomon⁷⁵ +. Signum+ Erme-

mir⁷⁶ laicus. Signum+⁷⁷ Gontefredus laicus. Signum+⁷⁸ Iulianus laicus. Omnes isti maiores natu. Signum+ Mironis⁷⁹ infantis⁸⁰. Signum+⁸¹ Guilindoni infantis⁸². Signum+⁸³ Signuldi⁸⁴ infantis. Signum+ Teoricus ad memoriam retinendam.

Geesindus, indignus presbiter, qui hanc cartulam commemorationis rogatus scripsit et subscripsit SSS. sub die et anno quod supra.

1. Urgelitanae ab. — 2. Helenensis ab. — 3. Ettasio a; *omet* b. — 4. *Ometen* ab. — 5. est vocitatus Exalada] vocato Exalata ab. — 6. et ab. — 7. cadet ab. — 8. perivit ab. — 9. nimium loci, ipsius anime condolui *ometen* ab. — 10. possem ab. — 11. Carolum ab. — 12. Pepini ab. — 13. reedificare ab. — 14. Caroli ab. — 15. comendatio a, commendatio b. — 16. sexto ab. — 17. et ab. — 18. perrexi ab. — 19. mecum euncium] comitantium ab. — 20. Obila a, Oliba b. — 21. *Ometen* ab. — 22. Igida C, Giga ab. — 23. Veiga ab. — 24. Compinia civitate] Campiniam civitatem ab. — 25. residentem in suo palacio. Denunciamus autem eiusdem] vidente ab. — 26. qui et ometen ab. — 27. prostravimus ab. — 28. *Ometen* ab. — 29. animo ab. — 30. essent perditae] esset praedicta charta ab. — 31. firma ab. — 32. sicut dicitis, *ometen* ab. — 33. sic ab. — 34. id, domine] domine, id ab. — 35. largiri ab. — 36. Sancti Andree *ometen* ab. — 37. a ab. — 38. Fangiana C, Fongiano ab. — 39. finibus ab. — 40. eisdem ab. — 41. Coxanus vocatur] vocatur Coxanus ab. — 42. ex comparatione ab. — 43. Antisidorensis a; Antisiodorensis b. — 44. donis ab. — 45. praecepit ab. — 46. Tunc demum] Tum vero ab. — 47. Antisidoro a; Antisiodoro b. — 48. donaret ab. — 49. sancti Germani] unam ab. — 50. Nancy ab. — 51. insignia ab. — 52. dare nobis] nobis dari ab. — 53. Ego igitur] Ergo ego ab. — 54. optatibus ab. — 55. praesentarem ab. — 56. obedi fictionem] obedientiam ab. — 57. autem ab. — 58. aliis ab. — 59. ad apostolicum virum et imposuit etiam grave onus, scilicet ut susciperem *ometen* ab. — 60. *Ometen* ab. — 61. mittens manum suam] manum suam mittens ab. — 62. in aratro] ad aratrum ab. — 63. Luc. 9, 62. — 64. quippe ab. — 65. circa ab. — 66. garrigiis ab. — 67. *Ometen* ab. — 68. Pepinus ab. — 69. Reversi ab. — 70. aedificavimus ab. — 71. ad ab. — 72. Caroli ab. — 73. *Ometen* ab. — 74. SSS., qui ista scriptura... inserta sunt *omet* a;] ab anno 801 usque ad 829 b. — 75. monachus. Obila monachus. Giga monachus *afegeix* b. — 76. Signum+ Ermemir] Guillelmus ab. — 77. *Ometen* ab. — 78. *Ometen* ab. — 79. Morinis b. — 80. ministrantis ab. *Acaba aquí* b. — 81. *Omet* a. — 82. ministrantis a. — 83. *Omet* a. — 84. Singuldi a. *Acaba aquí* a.

IV

LATERÀ, 16 MAIG 844

EL PAPA SERGI II, EN BUTLLA ATORGADA A PRECS D'ARCHIMIRIC, ABAT DEL CENOBÍ DE SANT PERE DE MONTMAJOR, CONFEREIX LA GRÀCIA DE CONSAGRAR L'ESGLÉSIA DE SANTA MARIA, SANT JOAN, SANT PERE I SANT BENET DEL LLOC ANOMENAT CÓRREC I INDULGÈNCIES ALS QUE HI ACUDIN.

[O]. Pseudooriginal perdut. — [A]. Còpia del segle xv en un cartoral o registre de Sant Joan de Perpinyà. — B.* Còpia del segle xvii: París, BN, Col. Baluze, vol. 108, ff. 137-137v, ex A. — C. Còpia del segle xviii: París, BN, Col. Moreau, vol. I, ff. 160-161, ex A.

RE: MAYEUX, *Saint-Jean le Vieux*, pàgs. 4-5. — PONSICH, *Saint-Jean le Vieux*, pàg. 107, nota 6.

Sergius episcopus, servus servorum Dei, omnibus hanc chartam legentibus charam et apostolicam benedictionem nostram. Beato Petro apostolo talis collata est gratia et potestas, ut quibus vult coelum aperiat et claudat et salvet et perdat, et nobis immeritis a Deo concessa est potestas. Et sciat quod abbas Archimircus misit nobis monachum Tebetum, qui supplicavit nobis ut ecclesiam Sanctae Mariae et Sancti Ioannis et Sancti Petri et Sancti Benedicti consecrandi gratiam conferremus, quod et facimus. Cum qua consecrationis gratiam talem benedictionem nostram concedimus huic loco de Correcho et coenobio de Sancto Petro Montis Maioris, hiis qui in die consecrationis ibi fuerint, tertiam poenitentiae indulgemus et etiam usque ad caput anni reddimus pacem et capillos possint incidere; et si quis in capite anni vel infra annum mortuus fuerit, ex nostra parte absolu-

tus permaneat; et si infirmitate detentus volens ire et non poterit, predicta gaudeat gratia quae annualiter valeat. Quicumque autem ibi bene fecerit annualiter etiam predictam percipiat benedictionem. Si quis autem huic paginae nostrae concessionis contradixerit aut aliquod impedierit, ne vadat aut ne beneficiat ibidem, inde maledictionem Petri et Pauli et maledictionibus que in veteri testamento legimus repleatur.

Sergius papa secundus, sanctae et apostolicae praesul.

Datum Latarani per manus Ioannis, sancte Romanae ecclesiae diaconi cardinalis, XVII kalendas iunii pontificatus nostri anno primo.

V

24 FEBRER 846

EL COMTE BERÀ [DE CONFLENT] DÓNA AL CENOBI DE SANT ANDREU D'EIXALADA, SITUAT A LA VALL DE NYER, [L'ALOU D'EIXALADA] AMB L'ESGLÉSIA DE SANT ANDREU.

[O]. Pseudooriginal perdut. — [A]. Còpia del segle XIV en el Cartoral Menor de Cuixà, f. 1, perdut. — [B]. Còpia del segle XV en l'anomenada Recopilació de Vicenç Pisà, monjo de Cuixà, perduda, ex A. — C. Còpia del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, f. 176, ex A. — D.* Còpia del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 107, f. 384v, ex B. — E. Còpia del segle XVIII: París, BN, Col. de Languedoc (Bénédictins), vol. 74, f. 193, ex a.

a.* *Marca hispanica*, ap. XIX, col. 782 (edició incompleta), ex D. — b. *Histoire générale de Languedoc*, vol. II, Tolosa, 1875, ap. 129, cols. 271-272, ex a. — c. MONSALVATJE, *El obispado de Elna*, tom III, ap. II, pàg. 353, sense indicació de la font usada (ex a). — d. *Catalunya Romànica*, vol. VII, pàg. 258 (amb data de 23 febrer 847).

RE: ABADAL, *Eixalada-Cuixà*, pàg. 53, nota 119. — PONSICH, *L'administració política del Conflent*, pàg. 258.

In nomine Dei summi. Ego Bera, gratia Dei comes, donator sum Deo omnipotenti et Sancti Andreae apostoli, cuius coenobium situm est in valle Engarra, in locum vocatum Exalata. Audientes praedicationem sanctorum patrum quia eleemosyna a morte liberat animam, propterea trado atque dono [...] cum ecclesiam Sancti Andreae, cum decimis et primiciis et oblationibus, cum exiis et regressiis, viae ductibus et reductibus, pratum et condirectum, pronum et planum, montuosum et vallosum, uberrimum et siccum, cum suis affrontationibus.

Affrontat autem ex una parte [...] Bataller, de tertia in Aquis Sanctis; et descendit per Canavelles, et pergit ad Cunebaler; de quarta a Cher Villar; de quinta a Guardiola; de sexta a Cher Escholat; de septima in Allen. Quantum istae affrontationes includunt, sic trado in dominio et potestate Sancti Andreae, et [...] meae. Si quis contra ista carta donationis paratus ad inrumpendum, in primis iram Dei omnipotentis, et cum Iuda traditore [...] firma et stabilis permaneat.

Facta charta donationis sexto calendas martii, anno sexto regnante Carolo.

S+ Bera, comes gratia Dei, [...] mandavit et testes firmare rogavit. + Concius. + Teuricus. [...] Servusdei.

Attilas clericus, qui ista carta donacionis scripsit sub die SSS. et anno quo supra¹.

1. + Concius... quo supra, *omet* a.

VI

[VERS 892]

RICULF, BISBE D'ELNA, EN LEGACIÓ DE L'ARQUEBISBE EIMERIC DE NARBONA, ACUT A ROMA PER TAL D'EXPOSAR AL PAPA L'AFER DELS BISBES DE GIRONA I D'URGELL, ELS QUALS HAN ESTAT ORDENATS SENSE EL PERMÍS DE L'ARQUEBISBE. OBTINGUT UN DECRET PAPAL DE CONDEMNÀ NO SOLAMENT D'AMBDÓS BISBES, SINÓ TAMBÉ DELS COMTES I DELS ALTRES PERSONATGES QUE ELS HAVIEN DEFENSAT, UN CONCILI APLEGAT A FONTANES, PRESIDIT PELS ARQUEBISBES D'ARLE I DE NARBONA, PROCEDEIX A LLUR DEPOSICIÓ. ALHORA, EN RECOMPENSA DE LA LABOR FETA PER RICULF, EL CONCILI CONCEDEIX QUE EL BISBE D'ELNA I ELS SEUS SUCCESSORS SEGUIN A LA DRETA DE L'ARQUEBISBE DE NARBONA EN ELS CONCILIS I QUE OCUPIN EL SEGON LLOC EN LES ORDENACIONS EPISCOPALS.

Aquestes notícies es troben en un document pretesament fet en temps d'un bisbe d'Elna anomenat Berenguer sobre una escriptura de l'època en què tingueren lloc els esdeveniments narrats, bé que no s'hi precisa cap data. Tampoc no podem saber la data del document del temps del bisbe Berenguer, però com que un dels testimonis, l'arxipreste Udalgar, és documentat els anys 1020 i 1028 (cf. LACVIVIER, *Le cartulaire*, núms. 105 i 106), sembla que hem d'identificar el bisbe amb Berenguer de Gurb, bisbe d'Elna en 1014-1027. De fet, del document en qüestió, només se'n coneixen les còpies fetes al segle XVII a partir del Cartoral d'Elna, una de les quals conservada a París, BN, Col. Baluze, vol. 9, f. 130 (editada per SCHRÖDER, *Die westfränkischen Synoden*, pàgs. 379-380), i una altra conservada a Barcelona, BC, ms. 729, vol. III, f. 325. La primera d'aquestes còpies fou encapçalada amb la rúbrica «Concilium Ruscinonense, habitum in Fontanis circa annum DCCCXCII». La incompatibilitat d'aquesta data amb algun dels personatges que hi són esmentats és comentada, junt amb els criteris de falsedat d'aquest document, en la «Introducció».

Dum ego in Christi nomine Berengarius, sanctae Helenensis sedis episcopus, scripturas in quibus tam ecclesiastici honoris quam rerum ecclesiasticarum monumenta credebantur contineri, perquirem ac invenissem inter eas quandam cartam tam prae nimia vetustate pene deletam, quam a tineis fere conrosam reperi. Verum ne penitus deficiente carta simul rerum, quas significare videbatur, periret memoria, inspectis diligenter literis instar illius novum collegi exemplar, quod ita se habet:

Dum tempore Odonis regis et sanctae primae sedis Narbonensis Aimirici antistitis Agarenorum phalanges adhuc fines Galliae occuparent, duarum ecclesiarum, Gerundensis videlicet et Urgellitanae, futuri episcopi, temporis inventa occasione nec saltem primatis expectata iussione extra ordinem pontificalis adepti sunt ordines. Quod cum praedictus primas ferret moleste ac difficile iter Romanum consulendi requirere pontificem, quid super hac praesumptione decerneret, non haberet, tunc Helenensis ecclesiae Riculfum praesulem rogavit ut vice eius Romam pergeret. At ille mox inclinatus est precibus eius.

Tunc poposcit ab eo ut in omni loco suae ditionis Helenensis ecclesia secundi ordinis post primam sedem Narbonensem locum teneret, tam in ordinatione episcoporum quam in conciliis. Ille vero pollicitus est se esse facturum, si praedictum opus ad honorem Narbonensis ecclesiae perduceret. Tunc praedictus Riculfus, accepta promissione iussum metropolitanorum, videlicet Arelatensis atque Narbonensis, et aliorum episcoporum in eodem conventu assistentium benivole ac fideliter est exsecutus.

Igitur Romam pergit et a pontifice Romano decretum attulit, quo non solum praedicti episcopi ordinem amissione sunt damnati, sed et comites, qui eorum videbantur defensores fieri, et milites et clerici, qui eorum familiaritate erant coniuncti, ab ecclesiastica sunt societate privati. Statutum igitur con-

cilium pro hac re in Fontanis est habitum, quod ambo primates, Arelatensis videlicet ac Narbonensis, et plurimi episcopi sua decorabant praesentia, ubi praedictos male ordinatos deposuerunt episcopos. Sed precibus poscentium plurimorum clementer inclinati rursus eos ordine decoraverunt pontificali.

Et statuerunt ut Helenensis pontifex, qui non tantum contemserit inimicitias hominum, sed etiam praedicti itineris laborem pro amore pariter et honore Narbonensis suscepit ecclesiae, hunc debite et quasi hereditario iure sortiretur honorem, et futuri successores sui ut semper in conciliis sedeant ad dextram primatis Narbonensis ecclesiae et in ordinandis episcopis semper Helenensis ecclesiae praesul secundus fiat.

Factum exemplar anno dominicae Incarnationis M[...], indictione [...], in praesentia testium quorum nomina sunt haec: Udalgarius archipresbyter, Viscafredus archidiaconus, Guilabertus archilevita, Bernardus camararius, Durandus caputscolae, Poncius Eriberti.

VII

3 ABRIL 938

EL REI LLUÍS AUTORITZA EL COMTE SUNIFRED [DE Cerdanya-Conflemt], A PRECS DEL GERMÀ D'AQUEST, GUIFRÉ, A DONAR AL CENOBI DE SANT GERMÀ I SANT MIQUEL [DE CUIXÀ], SITUAT A LA DIÒCESI D'ELNA I A LA VALL DEL CONFLENT, ELS DOMINIS ENUMERATS DINS L'ACTA I CONFIRMA ALHORA TOTS ELS BÉNS DEL MONESTIR.

[O]. Pseudooriginal perdut. — [A]. Còpia del segle XII en el Cartoral Major de Cuixà, f. 21, perdut. — [B]. Còpia del segle XV en l'anomenada Recopilació de Vicenç Pisà, monjo de Cuixà, perduda. — C. Còpia del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, ff. 114v-115v, ex A. — D. Còpia del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, ff. 216v-217, ex A. — E. Còpia del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 117, ff. 250v i 249, ex A. — F. Còpia del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 107, ff. 380v-381v, ex B. — [G]. Còpia de 1651, autoritzada per Onofre Balaguer, notari de Perpinyà. — H. Còpia de 1740, autoritzada per Joan Felip i Balanda, notari de Prada, vista per Font a l'arxiu municipal de Codalet, ex G.

a. *Marca hispanica*, ap. LXXIII, col. 848-849 (amb data de 937), ex A (per mitjà de CD o E). — b. BOUQUET, *Recueil*, vol. IX, núm. V, pàg. 588, ex a. — c. FONT, *Histoire... de Cuxa*, «pièces justificatives», núm. 7, pàgs. 375-377 (amb data de 948), ex H. — d.* LAUER, *Recueil des actes de Louis IV*, núm. VII, pàgs. 18-20, ex CDEF.

RE: BRÉQUIGNY, *Table*, tom I, pàg. 402. — *Catalunya carolíngia. Els diplomes carolingis a Catalunya*, pàgs. 86-87, nota d. — ABADAL, *Eixalada-Cuixà*, pàg. 53, nota 119. — PONSICH, *Le domaine foncier*, pàgs. 84-86.

In Christi nomine Salvatoris nostri. Ludoicus auxiliante divina clemencia rex Francorum, omnibus episcopis et abbatibus et ceterorum ordinum clericis in sancta Dei Ecclesia consistentibus, etiam et fidelibus laicis, potestatibus, principibus vel cuiuscunque gradus, praesentibus et futuris. Notum esse volumus universis quod Seniofredus, comes nostrae dicionis, direxerit ad nostram praesentiam quendam Guifredum, fratrem suum, quatinus licentiam haberet ex parte nostra de propria terra suae potestatis donare ad locum quod est aedificatum in honore Dei et sancti Germani et sancti Michaelis archangeli, in diocesi Elenensis sedis et in valle Confluenti.

Idcirco, sicut a praedecessoribus nostris regibus Karolo et Leotario constitutum est, quemadmodum praescriptus Guifredus nobis innotuit, sicut illi mandaverunt sub apostolica excommunica-

tione et voluntatis suae, ita et nos ex nostra auctoritate praecipimus observare in omnibus cunctis suprascriptis praesentibus et futuris. Concedimus ergo praedicto Seniofredo, sicut nobis per hunc legatarium fratrem suum nos rogavit, ad praefatum cenobium tribuere vicinas terras, scilicet montes, campos, silvas et valles, cum villis et omnibus infra positis.

Et sunt affrontationes ex una parte per summitatem serra de Bovaria ad iovum de Clerano, et ad montem qui dicitur Lacarias, et sic tendit usque in Flamidinum; indeque itur ad locum vocitatum Stella, usque in cacumine montis Canigonis; deinde descendit a meridiano fronte per Pogii Aquilarii ad Cherum Clarintum et pervenit per Pogium Parabarium usque in rivum Merdarium, et deducitur usque in fluvium Ted; et a parte septemtrionale venit in strata publica, quam dicunt Duas Sorores, usque in Literanum; et inde sub Sancto Felice tenditur usque in alodem Sanctae Mariae, ad locum quem dicunt Petra fixa, et sic tenditur usque in alodem Sancti Genesii, quoadusque pervenitur ad memoratum locum praefatae Bovariae.

Omnibus praedictis terminis concedo et confirmo cum ecclesia Sancti Fructuosi Sanctique Felicis, necnon et Sancti Martini, cuius basilica sita est in valle Cleirano, cum omnibus decimis et primiciis atque oblationibus fidelium, quibus infra terminis praefatis inventi fuerint: alodem itaque Cirasagii, quantum pertinet comiti, alodem Arriani cum terminis et affrontationibus suis, et omnibus sibi pertinentibus; simili modo alodem Castellani cum terminis et affrontationibus suis, simul cum ipsa ecclesia; valle etiam Balagaria cum terminis et affrontationibus suis, simul cum pratis, pascuis, silvis, garricis, viaeductibus et reductibus, aquis aquarum, exiis et regressiis. Termini autem sunt de una parte in Portello, id est a parte australi; a parte vero orientali in alveo Ted, id est in ponte subteriore, et pervenit per ipsum alveum usque in ipso Agrevalo, et sic tendit in monte Morencio usque in Intervalles, et usque ad Chero Anglo. Ecclesiam quoque Sancti Petri, quae est fundata in Infurcatis, cum decimis et primiciis et oblationibus fidelium; termini autem eiusdem ecclesiae hii sunt: ab una parte in ipso Agrevalo, de alia vero in monte Catella pendente, de tertia in Chero Enegone, et de quarta in Bolcaria, de quinta in strata francisca superiore usque in quado Redesso et sic tendit per ipsa Ted. Villam Vulverri cum terminis et affrontationibus, pratis, pascuis, silvis, garricis, viaeductibus et reductibus, et cum ecclesia Sanctae Ceciliae, cum decimis et primiciis et oblationibus fidelium. Villam etiam Orutii, simul cum villarunculis et omnibus terminis et affrontationibus, pascuis pecorum, aquis aquarum, fontium et discurrentium, viaeductuum et reductuum et omnia sibi pertinentia.

Quodcumque autem habet idem coenobium sive in comitatibus vicinis monasterii, seu in quibuscunque locis, statuimus atque decernimus iure perpetuo possidenda et absque ullius inquietudine tenenda. Omnes ergo praefati loci et in eo Domino servientibus amatores ac defensores et huius brevis nostri mandati observatores, optamus consequi remunerationem et gratiam benedictionis. Aliter autem, quod abesse volumus, agentibus aut in his, quae scripsimus, vel in aliquo iniuste contradicentibus, privari omni bono et subiaceri excommunicationi apostolicae auctoritatis, et perditioni corporis et animae denunciamus, nisi pro emendatione poenitentiae et satisfactionis.

Signum domni nostri Ludovici (*Monograma*) regis gloriosissimi.

Advicem Artaldi archiepiscopi, Godus subiectus Oidiloni¹ cancellarii qui haec relegit et subcripsit.

Actum tertio nonas aprilis, indictione II, anno II regni Ludovici regis Franchorum.

1. Didiloni d, però indica (pàg. XLVIII) que s'ha de corregir per Oidiloni.

VIII

30 DESEMBRE 961

LA COMTESSA AVA DÓNA AL CENOBI DE SANT MIQUEL I SANT GERMÀ DE CUIXÀ, AL SEU ABAT GONFRED I A TOTS ELS MONJOS QUE HI SERVEIXEN DÉU, L'ALOU QUE TÉ AL CONFLENT, A LA VALL DE BALAGUER. FA LA DONACIÓ PER A REMEI DE LA SEVA ÀNIMA I DE LA DEL COMTE MIRÓ [II DE Cerdanya].

[O]. Pseudooriginal perdut. — [A]. Còpia del segle XIV en el Cartoral Menor de Cuixà, perdut. — B. Còpia del segle XVII: París, BN, Col. Baluze, vol. 107, f. 367, ex A.

a. *Marca hispanica*, ap. XCVII, cols. 879-880, ex A (per mitjà de B). — b. MONSALVATJE, *Monasterios del antiguo condado de Besalú*, ap. XI, pàgs. 136-138, sense indicació de font (ex a). — c.* ABADAL, *Eixalada-Cuixà*, ap. 90 (a), pàgs. 191-192, ex B.

RE: *Gallia christiana*, vol. VI, col. 1097.

In nomine Domini Dei eterni et salvatoris nostri Iesu Christi. Ego Ava, gratia Dei comitissa. Manifestum est enim quia sacra scriptura ait quod helemosina a morte liberat animam et quicumque vult evadere eternum supplicium debet sibi de rebus istis transitoriis parare viam salutis eterne. Ob hoc igitur ego, iamdicta Ava, iis et aliis preceptis divinis instructa, propter remedium anime mee et ablutione peccaminum meorum et pro anima senioris mei, domni Mironis comitis, dono vel concedo ad domum Sancti Michaelis vel Sancti Germani, confessoris Christi, cenobio Coxano, et abbati Gontfredo et monachis presentibus et futuris ibidem Deo servientibus, alodem meum quem habeo in valle Confluente. Sollemniter ego in eadem vallem sic dono ipsam vallem quam vocant Balagariam, cum villis et villarunculis suis et omnibus adiacentiis suis atque terminis.

